



AD DIVVM MAXIMI
 lianum Cæsarem Augustum,
 Riccardi Bartholini, de bel
 lo Norico Austriados
 Libri duodecim,



MAXIMILIANVS DIVINA FAVENTE
clementia electus Romanorum Imperator semper
Augustus, ac Germaniae Hungariae Dalmatiae Cro-
aciae &c. Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae
Brabantiae &c. Comes Palatinus &c. Cum inter alia
quae pro Romani imperij gloria & incremento con-
tinue disponimus, studia bonarum artium non extre-
mum locum sibi vendicant. Quae sicuti merentur sem-
per sereno vultu complectimur, atque fouemus cupien-
tes, ut omnia debito ordine circa ea dirigantur ad res-
ectam & perfectam institutionem scire desiderantium.
Et cum intellexerimus non sine magna animi nostri
displicentia, quod quidam Calchographorum illis ex a-
uaritia & imperitia multum officiant, cum magna ia-
ctura eorundem studiorum, cum antiqua & noua ex-
emplaria ab eruditis veris magno labore exquisita et
elucubrata, ac ad longum emendata, nec sine etiam
difficilimo studio de nouo inuenta & elaborata, uti
primum edita & impressa fuerint insidiosae requi-
runt, ac non sine mendis & viciis frequenter, tanquam
de industria in grauem iacturam, damnum ac dede-
cus non solum eorum qui composuerunt, conquisi-
uerunt, siue castigauerunt, Sed etiam omnium lite-
ratorum, denuo furtiue contra voluntatem edentium
imprimunt. Quod ne his quae de mandato nostro
eduntur, contingat, volentes prouidere motu pro-
prio, & ex certa nostra scientia sancimus, ne quis Car-
men & poema de bello Norico, siue Bavarico ab ho-
norabili viro Riccardo Bartholino nuper in laudem
rerum nobis gestarum editum, Quod Leonardus Alantse

Bibliopola Vienensis, sub suo signo & nomine imprimat, & publicat, impressit & publicauit, præter eius voluntatem & scitum imprimere, ac etiam alibi impressum vendere publice, siue occulte audeat per totum sacrum Romanum imperium, per annos sex. Quod si idem Leonardus Alantseæ Bibliopola præfati poematis libros publice, siue occulte ad vendendum expositos, inuenerit ubicunque id contigerit, propria auctoritate per se, vel per suos recipere, & in suam utilitatem conuertere possit, etiam ordinariorum Iudicum & Officialium contradictione & impedimento cessantibus, quorumcunque sub pœna grauis indignationis nostræ, & pœna decem Marcarum auri puri. Quas contrafacientes toties quoties contrafactum fuerit incurere volumus. Quarum medietatem Imperiali Fisco nostro, reliquam vero partem iniuriam passuris decernimus applicandam. Harum testimonio literarum sigilli nostri appensione munitarum. Datum in oppido nostro Inspruck, die prima Mensis Ianuarij. Anno Domini Millesimo quingentesimo Quinto decimo, Regnorum nostrorum Romani Vigesimo nono. Vngariæ vero Vigesimo quinto.

Ad mandatum Dñi
Impatoris propriū.

Per Regem.

Sernteiner.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PA
TRI. DOMINO, DOM. MATTHEO
miseratiōe diuina S. Angeli, sacrosanctæ
Romanae ecclesiae Diacono Cardinali
Gurceñ, Ecclesiae Salisburgēsis co
adiutori & successori, imperialiq;
locū tenenti generali, Dño co
lendissimo, Ioachimus Va
dianus Heluetius, foeli
citatem optat.



QVM Diebus superioribus, in manus me
as, reuerendissime Domine, & illustrissi
me Princeps, Riccardi Bartholini Perus
sini de bello Norico, plena eruditōis poe
mata venissent, esse tēq; consiliū, non tam meum, q̄ eru
ditorū multorum ea in lucem, vtpote decennio elabo
rata, q̄ primū emittere, vt & meritissima gloria non
priuaret̄ autor, & rerū nuper gestarū digna memoria
series aternitatem sortiretur. Visum est mihi tum de
mum hoc ipsum recte fieri, si tui in om̄is eruditos pa
tracini, tanti operis, vel prima pagina ratio habere
tur. Tamen si em̄ non ignorabam, diuo Maximiliano
Cæsari inuictō istud opus, q̄ magnā rerum a se in illo
bello gestarū partem contineret, ab ipso Vate Bartho
lino dicatū fuisse, quia tamen in tota illa Poesi sua, ita
magnanimo Cæsari consiliorū, laborumq; consortio
ne adscriberis, vt quasi Achatem quendā herois Ae
neæ, fama super aethera notū, in ipsa mihi lectione re
præsentaues, merito post tanti Principis numen in
uocatū, secundæ tutelæ & beneuolentiæ partes in te

officij nostri sedulitate locari debuerunt. Vt enim ple-
raque alia quae me mouerunt, praeteream, animaduers-
tebam Riccardum inter doctissimos, integerrimosque
& ad quosuis exandandos labores promptissimos vi-
ros, qui te sequuntur, tuamque aulam constituunt, loci
& honoris esse non postremi. Praeterea & id consecu-
tum, ut de singulari tua in se gratia & beneuolentia,
etiamnum sibi congratulari possit. Quid illud? quod vno
omnium doctorum ore, vno optimorum quorumque
qui te nouerunt, consensu is esse iudicaris, in cuius con-
spectum debeant quotquot eduntur illustrium inge-
niorum monumenta venire. Non tam, ut illorum offi-
cio ille tibi honor, quem amplissimum consecutus es,
augeatur aut confirmetur, quam ut scire possint dignum
sit luce & lectione, nec ne quod edunt. Hoc enim tibi
cellissime Princeps, supra multorum principum fortu-
nas peculiare accessit, ut praeter summam in civilium,
& ecclesiasticarum rerum tractatione prudentiam, praet-
er multa alioqui & naturam, & fortunam non communia
tibi cum multis insignia, iudicare & discernere in om-
nium illustrium doctrinarum instituta contentione,
quid optimum, quidve optimo proximum sit, per facile
possis. Nec quis offerat tibi quicquam, sed quod offerat per-
perdere, & eruditioni potius quam personae meriti locum
praestare. Quod ipsum, ut in aliis contigisse per saepe
cognoscimus, ita in doctissimo & elegantissimo opere
Riccardi nostri futurum esse speramus. Cuius ut incre-
dibilem humanitatem, summamque integritatem praet-
eream, quam ego his diebus, quibus te arduis maxi-
morum principum negotiis occupato, Viennae am-

cissima & familiarissima cōsuetudine sua p̄fruoꝝ, ex-
pertus sum. Eruditionē certe suā, quæ multifaria est,
sine piaculo non præteriero, quæ mihi singula collu-
stranti, cum in aliis ingenij sui monumentis, tum ma-
xime in illo de bello ducum Bavarix, principūq; Pa-
latinorū, opere admiranda esse videtur. Præter enim
carminis diligentissime obseruatā elegātiā, & aper-
tam istam fluidamq; facilitatem, quam præferunt,
præter verborum & figurarum delectum, quem sum-
mo iudicio mihi habuisse videtur, Ita rerū gestarum
meminit, vt ab historiæ fide nusq; recedat. Ita veris lu-
culenta illa, oculisq; & auribus grata poetica pigmē-
ta obducit & interponit, vt boni Poetæ officij nusq;
intermittat, simulq; & prodesse, & delectare volens,
utilitatem cum voluptate, miro quodam artificio con-
iungat. Est inter hæc inuentionis acumen, est digestissi-
mus ordo, est verbis parta gratia. Mire veritas resplē-
descit, mire fabellæ oblectant. Sunt his intertexta ex
Physicis, Astronomicisq; petita loca, sunt amænæ &
signatæ regionum, populorum, montium, fluminūq;
maxime ad Germaniam pertinētium descriptiones.
Ita proprie & Graphice omnia exprimuntur, vt le-
gens non legere, sed videre sibi quæ legit, videatur.
Præterea in orationū varietate, nusq; a decoro, nusq;
ab arte receditur, sunt in his congrui rebus affectus,
& illecebræ quædam, quasi suapte natura prognatæ,
est mira vis suadendi, dissuadendi, vrgendi, dehortan-
di, sunt consilia, sunt argumenta, sunt colores, & vt in
summa dicam, quicquid ad consumatam huius gene-
ris scriptionem pertinet, hoc præstitisse mihi Bartho-

linus videtur, cuius eruditionem & diligentiam, eo
vehementius amplector, quod in media Italia natus, ad
eo de Germanis, rebusque, & locis Germaniæ abunde
scripsit, ut ætatem suam, quam nondum proiectam
habet, in media Germania egisse cuiuspiam videri possit.
Quod si quibus operis varietas, ut nimia, fortasse
subsultare videbitur, nil mirabuntur, cum in animum
inducunt, quot principes in eo bello fuerint, Quodque illi
partim suis, partim Cæsaris auspiciis decertarunt.
Quorum nomina etsi asperiora quandoque visa fue-
rint, quam ut ea Heroici carminis dignitas suscipere
ret, ponere tamen ut erant, quod mutare maluit, ne quis
quam quod mutata perperam essent, queri posset. Sunt
præterea reuerendissime dominæ, passim fabellæ quæ-
dam insertæ, quæ, quanquam ad delectationem pos-
sibilem excogitatae videantur, altius tamen intro-
spicientibus, detracto tectorio, magnanimi Cæsaris
laudes (ni fallor) offerent. Postremo futuros non du-
bito, quibus non nulla in locorum, fluminumque des-
criptione nominum mutatio, aut varietas stoma-
chum motura est. Cum tamen ipse Poeta ad id agen-
dum partim autoritate, partim seruandi nitore stu-
dio, ductus sit. Qua in re mature cognoscendum esse
se arbitror, antequam quis iudicet. Nam tum sine
discrimine, nunc Boemos, nunc vero Boiemos. Item,
Amasium flumen, Amasiam, Amissium, nonnuncque
Amusium appellat, autoritate factum est. Nam apud
Latinos hæc nomina varie leguntur, quin & apud
Græcos varie scribi, ipsum Riccardum, qui &
græce cum primis eruditus est, mihi aliquando re-

tulisse memoria teneo, sicut & Vistulam fluvium,
iam Visulam, iam Istulan vocant. Addo etiam Græ-
corum angustias, in quibusdam suo arbitratu vel vis-
tauisse, vel obseruasse, vt in descriptione Mosæ. Græ-
ci enim hanc dictionem per æ longum scribunt, ta-
men Ausonium imitatus est, qui Mossellam corripuit.
Idem in dictione Menapij, & Gessoriacus, quorum
alterum produxit, alterum per literæ vnus ad-
emptionem, profert Gessoracus, quæ imitari aliquan-
to tutius aliquis potest, quæ vno asserto, reliqua sine e-
uidenti ratione reiicere. Illud omnino condonan-
dum est, quod per licentiam, quæ Poetis in his quæ pos-
tulat ratio, per quæ libera est. In descriptione Ratis-
bonæ, eam urbem Reginum vocat, cum in vetustis-
simarum tabularum Geographia, Regino Reginos-
nis inueniatur. Primo autem libro Itænon pro Istæ-
non dicere potuit, cum Batarnas pro Bastarnas Clau-
dianus dixerit, quod si hoc huic licuit, cur illud non
illi? Simili modo illos qui oppidum Inspruck inhabi-
tant, Pontesanos nominant, propterea quod coniun-
ctim Pontesani in antiquissima eius tractus tabella
reperiantur, nec ineleganter ex duobus hoc modo
vnum factum est, vt ciuem Pontesenum, agrum Pon-
tesenum nominemus, nam & id ad Maronis imita-
tionem fieri videtur, qui Inarimen coniunctim pro-
tulit eum interim apud Hesiodum & Homerum ἀγί-
μῳ & ἐν ἀγίμοισι cum præpositione legatur. In bar-
baris vero aut versis omnino, aut parte mutatis sin-
gularem ego eruditionem agnosco. Agendum enim
mihi esse videtur quocunq; modo, vt Latine scriptus

ri ita barbara disponamus, vt si latina esse omni-
no nolint, a latinitalis saltem candore non omnino
abhorreant, id quod in Heroico versu omnino ne-
cessarium est. Quemadmodum libro epistolarum no-
no ad Caninium Rufum Plinius scriptum reliquit,
in hæc verba. Non nullus & in illo labor, vt barbas
ra & fera nomina in primis regis ipsius græcis ver-
sibus non resultent, nihil tamen est quod non arte,
curaq; si non potest vinci, mitigetur. Præterea si das-
tur Homero & mollia vocabula, & græca ad boni-
tatem versus contrahere, extendere, inflectere, cur-
tibi simile audenti, præsertim non delegata sed ne-
cessaria non detur. Hactenus Plinius, cuius auto-
ritas eos retundit, qui minus fortasse decenter Ric-
cardum barbara mutasse cauillari poterant, vt cum
pro Amurates, Amartes dixit, & pro Tamburla-
nus, Tabarenus (nam & a Tabarenis oriundi vi-
dentur) in his nanq; omnibus leniendis & cura, esse
& ars solet. Id quod tu illustrissime princeps, solito
iudicio dinoscere exactius potes, q̄ ab vlllo præscri-
bi, atq; explicari queat. Tu opus tantum, & q̄ lau-
dum tuarum partem iustam continet, & quod Diui
Maximiliani titulos astruit, postquam acceperis, am-
plecteris & defendes. Riccardumq; nostrum Bar-
tholinum ob illam suam singularem eruditiõem, quæ
dignissima principum benevolentia existit, amabis
& fouebis. Vt te annuente alacrior, promptiorq; fa-
ctus, plura huic similia tuarum virtutum monimen-
ta in lucem edat, quod tum maxime futurum esse as-
nimo colligo, cum se abs te vehementer, vt hactenus,

amari intelliget. Opto te reuerendissime Prin-
ceps semper bene valere. Viennæ
Austriae, Pridie Nonas Octo-
bris AN. M. D. XV.

33

¶ Errores qui alicuius momenti sunt,
sic collegimus.

In litera E fol. viij, facie secunda lege Spi-
ciferumq; caput In litera L tertium
fol. pri. lege. Hos sequitur Roeburga co-
hors fidiq; Roani. In A a folio, v,
in fine lege, his tardius isse, non ipse.

IO. FRANCISCVS PICVS RIC-
cardo Bartholino suo.

Legi quantum per occupationes licuit, poema tuum, in quo multa vidi, & docta & noua. Indeque obrepfit inter legendum, & iucunditas & oblectatio. Testarique facile possum, videri mihi ex his quos perspexerim autoribus, tempestate nostra fuisse neminem, qui & luculentius, simul & doctius bella cecinerit. In carmine residet maiestas atque eruditio, & quod attinet ad numeros & liniamenta, exerit sese quaedam probati generis concinna satis, nec morose affectata imitatio. Chorographiae nec parum multae, nec protritae orationes artificio plenae. Vnum illud duntaxat desiderarim, Deorum gentium mentionem, quae plurima est in carmine, non eo modo, quo saepe vteris, fuisse constitutam. Siquidem optarem eos accerseres, non ut olim Poetae addicti eorum superstitionibus, verum ut ipsorum & Osor & contemptor, & expulsor ac vindex, & plane propagator nostrae religionis, cuius es flamen. Sed hoc aduertunt pauci, quod & saepenumero in scriptis dolui & nostris in carminibus me non probare illorum sententiam sum testatus, quando nec ipsorum Deorum, nisi in contumeliam memor fui. Nec citavi nomina, nisi dum eos ostenderem ab imperio orbis terrarum, Iesu Christi (quem colimus) virtute depulsos. Redeo ad elegantiam & doctrinam, cuius gratia & si tibi Caesar, & tuus, immo meus, immo noster Gurceus, debet, debet nihilominus & Germania, & Italia, & tua in pris-

mis Augusta Perusia. Vale ex hospitio apud Lis
cum. XIII. Calendas Octobris.

ILLVSTRI DOMINO IOANNI FRAN-
cisco Pico Mirandulæ Principi, Riccar-
dus Bartholinus fœlicitatem, D.

Augustæ Vindeliciæ cum mihi lepidissima epistola
tua ex Lico reddita fuisset, opt. ac doctissime Prin-
ceps, summopere lætatus sum, tum quia mearum vi-
giliarum, quod abs te Romæ semel, iterum in Ger-
mania efflagitavi, iudicium protulisti. Tum etiam
quod eandem cum tanti sis apud eruditos & nominis &
autoritatis, tanquam tutelarem Deum in poematijs fron-
tispicio, ut id securius, tuo contentum patrocinijs ex-
eat, collocandam censui. Quantum autem de Dijs
prophanis sentis, id ego tuo arbitratu sectatus fuiss-
sem, nisi labore exterritus, totus enim opus recudi
oportebat, huiusmodi oneri pepercissem. Cæterum
nisi Dijs Deæque canerentur a Poetis, fabularumque le-
nocinijs vterentur, velut ieiunijs, & minime succiple-
nti, cum proprium Theographice poetarum sit, sper-
nerentur. Nam prodesse volunt & delectare Poetæ.
Alterum enim nihil aliud, quam Deorum Dearumque sig-
menta complectitur, quæ ab Euemero illo prisco, siue
ante illum a quopiam alio, siue post ab Homero Hes-
siodoque affatim proditæ sunt, ut earundem illecebris
ad cognitionem bonarum rerum animi rudes facilis-
us traherentur. Quas si ab illis demas, nescio quam pas-

tum eorum opera placebunt. Hesiodi poemata extant,
si illinc Deorum auferes nomina, totum tollas, mu-
tilesque ornatum necesse est. Et tamen, ut ille ita de ge-
neratione mundi, rerumque ac Deorum senserit cre-
dere, quam philosophi esset, non plane intelligo. Idem
si in Marone nostro efficies, nonne totum illud Iuno-
nis, Venerisque figmentum auferendum. Quod si fie-
ret, nescio quid Diuinum ex opere adimi videretur.
Tamen quamobrem ita sinxerit, tu non ignoras. Idem
in ceteris sentio. Nam semper licuit, semperque licebit
Poetis nouas quandoque fabulas, nouos Deos, ne dum
antiquos, modo ne temere asciscant, reponere. Quod
ego in opere meo ita fecisse sum arbitratus. Nam quod
aliud significat Bellonae descriptio in primo libro, quam
intestini belli originem, principumque regnandi gra-
tia, pugnandi cupiditatem? Quam partim iis, partim
Deorum voluntati, quae vitari non potest, attribuo.
Quid quod etiam in toto opere Palladem fauentem Pa-
latino, contra hostem Caesari, eandemque in calce o-
peris in fauorem eius rediisse introduco. Nimirum
quia Caesarem & prudentia, & bello (vtraque enim
affectae imperatoriae celsitudinis sunt) ceteris prin-
cipibus praestitisse manifestum est. suaeque ipsius pru-
dentia, aliorum sapientiam ita superauit, quod in
pugna contra Palladem & a me fictum est, & ipse sus-
is in libris indigena sermone compositis ostendit, ut
omnibus in rebus a se gestis victoriam fuerit conse-
cutus. Idem de Diana, quam & Lunam & Hecatem
intelligimus, fauentem Caesari arbitrere. Neque enim
ad vulgarem venationis significantiam referas, sed

paulo altius eruenda fictio est, quam apud Homeres
rum & Hesiodum ubi omnipotentem Deam descri-
bunt, facile reperies. Per pugnam vero Veneris Cus-
pidinumq; , haud profecto aliud sentio, q̄ vt Cæsaris
animi fortitudinem constantiamq; , contra voluptas-
tes firmissimam interpretemur. Absit vt nudis fabulis
in tanti principis laude contentus fuisset. Tum
quia de ipso parum promererer, cum etiam si vt
posita sunt intelligerem, Atheos (vt Prothas-
goras ille) & haberi, & nominari non indis-
gnus viderer. Hac ego, non tuæ vt sens-
tentia refragarer scripsi, sed vt alij,
mea qualis esset de Diis opinio in-
telligerent, ac mihi tanquam ves-
tro Christi mancipio, bonam
(si vellent) in scriptis meis
gratiam referrent. Va-
le illustris Princeps,
nostriq; eris me-
mor. Ex Aus-
gusta Vin-
delicia.

cc

ARGVMENTVM LIBRI PRIML

Proposito totius operis uaria, quoniã uariis in locis pugnatum. Inuocatio ad Cæsarem dirigitur. Sequitur narratio sed concise, quoniam alibi diffusius rei initium narratur. Bellona tanq̃ Germanorum in re militari gloriæ inuida, pugnam ab inferis Deam, quam & Eumenides sequebantur, euocat. a quibus Germanorũ animi ad Martem accenduntur. Sequitur Roberti prius secum, demum cum patre Philippo, de suscipiendo bello consultatio. cui pater persuadet noscendam esse Deorum uoluntatem, aramq̃ Vlyssis ad oceanum (unde responsa petebantur) adeundam consulit. quod etiam Pallas in somnis Roberto peragendum imperat. Et per occasionem, causæ recensentur indignationis Deæ, qua Austriadas prosequebatur, quam in toto opere hostem Cæsaris facit, in fine rediisse in concordiam scribit. Itur ergo ad aram, ubi Robertus cum sacerdote loquitur, a quo loci & origo narratur. & umbræ ab inferis euocantur, quarum nomina Georgius dux Roberto exponit, inibiq̃ multa de origine Magiæ. Interim sacerdos functus sacro, bellum ingens, cædesq̃ futuras canit. In fine umbrarũ fuga describitur. Et Robertus non bene percepto oraculo, dulces terras, patriãq̃ reuifit.

LIBER PRIMVS
AD DIVVM MAXIMILIANVM
Cæsarem Augustum, Riccardi Bartho-
lini Perusini de bello Norico Aus-
striados Liber Primus.

Aesareas acies, Arctoacq; res-
gna, ducesq;
Magnanimos canimus, son-
temq; binominis Istri.
Et vastum Heluetio spuman-
tem vertice Rhenum
Strage hominum, atq; atro ma-
culantes æquora fluctu.

Magnum opus aggredior, cum sæui fulmina Martis,
Et domitas bello gentes, cum Palladis iram
Et coniurato pugnantes fœdere Boios
Mens agitet, quis Parnasum, Cyrrhamq; mouentem
Sollicitat: tantus ne animis mortalibus audet
Illabi furor: & magnis non cedere factis:
Iam satis Amphriso, Pataracq; arcessere Phœbum,
Cymbrorum si bella velim, Senonumq; tumultus
Victaq; Teutonicis Romana furoribus arma,
Infrenesq; Gothos, madidumq; cruore latino
Vandalon, & raptas vires, Herulumq; furentem
Et meminisse, olim & tacitis defendere ab annis,
Pierio sed enim cum me calor excitet Oestro,
Scribendiq; immensus amor, resq; ire per altas
Cæsaris, ipse mihi præcinctus tempora lauro
Numen erit, Cynthiq; simul lustrabimus umbras,
Nec Bacchum Eois opus est diuertere lucis.

A

AVSTRIADOS

Tempus erit cum bella canā, quibus horrida vincī
 Bac̄tra venenatis dabitur confisa sagittis,
 Carmanosq; Syrosq; truces, Libyensq; perustam,
 Aethyopumq; plagas, vel cum duce Cæsare, victor
 Vsq; coloratos transcendet miles ad Indos.
 Cum fugiet deuictus Arabs, timidiq; Sabæi
 Terga dabunt, alioq; ingens tremet obruta mundo
 Taprobane, cum victa palus Mœotica cernet
 Signa triumphato Germanica feruere Ponto.
 At noua nunc belli moles, superumq; prophanis
 Lis exorta odiis claras cum euerterit vrbes,
 Ordīar hinc feriem, & rerum primordia pandam:

Postq; magnanimi iusto data Norica tellus
 Cæsaris arbitrio est, regnum qui legibus anceps,
 (Quandoquidē imperium sceptrū cōmune refellit,
 Nec patitur regnare duos) discerneret æquis,
 Iudiciū impatiens, simul atq; vt cederet alter,
 Possesso non iure solo, & dotalibus aruis
 Decreuit, vigiles extemplo it rumor ad aures
 Boiugenum Heroum, gliscitq; insana cupido
 Regnandi, sæuitq; animis gens aspera bello.

Interea armisonis mundum Bellona quadrigis
 Lustrans, Arctois fixit Dea lumina terris.
 Tunc secum, nunq; ne meas Germania vires
 Sentiet: aut mentes regno semel vltā superbas
 Danubiū aspiciam, Vindamq; Aenonq; Licumq;
 Corporibus fluere, & spumantē sanguine Rhenum?
 Per me Dardanidæ, per me iacet Ilium, & ingens
 Regnum Asiæ, fontesq; ruunt a culmine Thebæ,
 Ipsa ego ad Aemathios madefacta cruore Philippos

LIBER PRIMVS

Lætalem impleui membrís ciuilibus agrum.
 Quid nūc Thermopylas, Marathoníaq; arma, fugāq;
 Cōmemorem Xerxis? quid tinctas sanguine Carras
 Hesperio: & volucrem vexilla timentia Parthum?
 Magna Philectæum stimulasse in prælia regem
 Odeacro superante, parum est, nec Saxona tandem
 Edomitum durís decima Trieteride, Francis
 Censuerim in voto, & deletos funditus Hunnos.
 Nescio quid maius Martis ferus inchoat alti
 Nunc animus, pugnasq; diu, cladesq; morari,
 Et differre nefas, belli ventura cruenti
 Consilio premit Albertus, vocat vndiq; gentes
 Langraphius, sumptisq; feri Buffactores armis
 Exacuunt animos venturo Marte prophanos.
 Respice q̄ sublimis eat, quotq; agmina secum
 Auxilio moueat Virthymberzentius heros.
 Sic ait, & pugnam nigri de faucibus Orci
 Euocat, huic tristis famulam se iunxit Erynnis,
 Dein Rheni auriferis velox allabitur oris,
 Atq; Palatinas fertur bacchata per vrbes,
 Pugnaq; irarumq; æstus effundit anhelos.
 Qualis in Actæis alterna lampade lucis,
 Fertq; refertq; gradus cerealibus acta sacerdos.
 Aut vbi in Hysmení ripis, gelidive Aganippes
 Ogygiæ celebrant repetita triennia Bacchæ,
 Hanc circum Eumenides, bustalibus horrida tedís
 Agmina, crinales iactant per inane Ceraftas,
 Incumbuntq; animis, cœcosq; cupidine regni
 Impellunt furiis, tantiq; incendia belli
 Sollicitant, addunt vires, audaxq; ministrant

A ij

AVSTRIADOS

Pugnandi robur, mentesq; ad praelia vertunt.
 Protinus attonito crescunt sub pectore motus,
 Impatiensq; morae subiit furor, inde regendi
 Ambitiosa fames, amor impacatus ad arma
 Gliscit, & in sociis pollens discordia regnis
 Iam vigili statione vrbes, atq; oppida late
 Cinguntur, ferriq; duces exasperat ardor.

Quo ruitis miseri? quae tanta exordia Martis?
 Quodve paratis opus? quae vos socialibus armis?
 Impellit rabies? satius si bella, furorq;
 In Turcas translata forent, si Dorica regna
 Aegaeumq; capax, & Bosphorus Hellepontii.
 Frena sub Austriade rursus Rhenana subirent,
 Armaq; in Assyriam ferrentur, & obruta bello
 Ingemeret Babylon, sceptrumq; orientis ad Alpes
 Caesar ab Eoa veheret Germanicus aula,
 Sed visum sic ire Deis, iam certa Robertus
 Bella mouens animo curarum voluitur aestu.
 Huc tandem, atq; illuc raptus, cupit ire per arma,
 Hostilesq; equitum turmas, & frangere Marte
 Iudicium, nec velle suum pro lege tenebit,
 Austriades inquit, prohibent me sistere regno.
 Iura quis haec sanxit? nun regi credere dignum est?
 Cuius connubio iunctam tenet ille sororem?
 Ergo coelestes superi, mortalia cordi
 Si vestro, aut hoim fandum sedet atq; nefandum,
 Respiciate huc, nec enim ignaris mendacia Diuis
 Astruimus, propria cogor decedere terra,
 Quis feret haec? aut quae mundi tam barbara proles
 Quis Scythae, vel sauae Fascellidos ara Dianae?

LIBER PRIMVS

Busyrisq̄, & inexorabilis vmbra Palyci,
 Aut quæ iam veteres placarunt sanguine, diri
 Numina Theutatis: Taranesq̄, Hefusq̄; repelli
 Nos animo ferrent æquo, dotalibus oris:
 Dixit, & arcanum patris penetrabile Philippi
 Ingressus, quem Marte super, belloq̄ futuro
 Voluentem, aggreditur multa, & sic turbidus infit,
 Quæ te cura premit belli pater: aut mihi soli
 Succumbet dotalis humus, vel quod precor omnes
 Auertant superi, charis vi pellar ab oris,
 Non regni est securus amor, tutumq̄ duorum
 Imperium, at vastis pugnax Germania lucis
 Excitur, populiq̄; ruunt Mauorte furentes,
 Belliger Austriades alto de vertice Carnos,
 Atq̄ Alpes in bella mouet, Styriamq̄; suumq̄;
 Impellit Tyrolum, trepidatq̄; Carenthia secum,
 Intonsiq̄; ruit pubes crinita Sueui.
 Certe etiam nobis, nec pronus in arma Sycamber
 Auxilio deerit, nec quæ se montibus arctat,
 Gens durata gelu, & nunq̄; satiata cruore
 Heluetij, & bello Gallorum exercita virtus.
 Iam nemore ingentes mens est excire Boemos
 Hercynio, & trepidas regis conuertere in vrbes.
 Tu modo quid sentis resera, quem talia contra,
 Egregio sollers fatur sic ore Philippus.
 Nunc regni cura est animo, & te posse tueri,
 Hoc quodcunq̄; reor virtute, armisq̄; potentem.
 Nunc timeo Austriadas genus insuperabile bello,
 Cerno equidem, nec vana fides gentilibus armis,
 Tam fera communi tentari prælia damno.

A iij

AVSTRIADOS

At quid nate velim paucis aduerte docebo.
 Est locus ad Rheni ripas, atq; vltima mundi
 Littora, ad Oceanum magnum, qua dirus Vlysses
 Tartareum ditem, atq; animas mouisse silentes
 Dicitur, & nigros traxisse ad sydera Manes.
 Densum, ingensq; nemus, vallesq; feruntur opacæ
 Excipere has vmbra, dirusq; vbi carmina bubo
 Et Stryges infernæ, læuaq; sub ilice cornix
 Effundunt, lucosq; volant simulacra per altos,
 Hinc exaudiri fremitus, fontesq; figuras
 Insolitis vlulare modis, claustricq; refractis
 Legibus inferni superas euadere ad auras.
 Cocyti perhibent Manes, cum sacra sacerdos
 Inchoat, & domito luctantes extrahit Orco.
 Extemplo nutare nemus, trepidamq; sub imo
 Tellurem mugire ferunt, mirabile visu
 Vicinos atra obnubi caligine montes
 Accipimus, siccarum vndas, & currere retro
 Flumina, & astriferum nebulam prætexere coelum;
 Non aliter Magico turbantur carmine Thraces
 Cum sæuit Rhodopæa nurus, lateq; per Hæmum
 Horrida Cyrcæi crudescunt sibila cantus.
 Sed postq; paulum Vatis furor ille quiescit,
 Voce canit responsa Deum, nec certius illo
 Prædicat quicq; Cyrrhæo Phœbus in antro
 Inuidet huic Ammon, & si sua cornua tollat,
 Prædictisq; rudem voluat Garamanta futuris.
 Quid vos Chaoniæ quercus, sanctūq; per vmbra
 Pana Lycaonias; signisq; excepta mouentis
 Niliacæ responsa bouis; quid in aere læuo

LIBER PRIMVS

Cōmemorem cantus auium, cursusq; volantum;
 Ceditis huic omnes, quare cum crastinus ortus
 Fulserit, & Croceos aurora retexerit ignes,
 In nemus ire para, lucosq; require silentum
 Hic Diuum mentes, & belli arcana futuri
 Prædisces, venturamq; omnē ex ordine pugnam.
 Finierat, tunc ille orsus, sic talia contra,
 Postq; nosse cupis durī primordia Martis,
 Euentumq; iubes Stygios me poscere noctis
 Nigrantis, populos caligantumq; cohortes
 Exequar intrepidus, responsaq; Vatis adibo
 Sic ait, interea pronō iam Phœbus olympo
 Merferat auricomum caput oceano Atlantæo,
 Inq; laboriferas surgens humentibus vmbriis
 Luna vices, hominum curas mulcebat inanes.
 Ecce per immensum virgo Tritonia cœlum
 Labitur, & rigidos serpentum exasperat orbis,
 Formidant syluæ, tellus tremit, adstupet æther,
 Tempestasq; alto visa est feruescere Ponto
 Gorgoneo, quotiens Pallas quatit ægida vultu,
 Oreq; vesanum virtus vomit aspīs hyulco.
 Hæc Rheni ad littus, nigras delapsa per vmbrias,
 Phalsgraphidum tecta alta petit, collesq; superbos
 Sopitum & noctem, nequicq; heroa sub altam
 Miratur Pallas, namq; illum insomnīa belli.
 Versabant hinc inde, atroq; furebat anhelans
 Marte animus, mirum dictu, pugnamq; ciebat.
 Talia voluentem affatur sic Diua Robertum.
 Quid nunclente iaces, rerumq; oblite tuarum
 Indulges somno, Boiorum maxime ductor?

A iiii

AVSTRIADOS

Surge age rumpe morā, & chari genitoris ab alto
 Vt lux alma polo, terris seduserit vmbra
 Mandata exequere, & lucos inquire silentes,
 Sed primum corpus mergens fluuijalibus
 Purus adi, purumq; sacras te confer ad aras
 Dixit, & in tenuem Pallas delabitur auram,
 Aufriadas contra sæuū indignata, diu quæ
 In gentem hanc victrix tristis exercuit iras,
 Fabor enim, nec longa sequar vestigia rerum.

Cecropiæ quondam rex, est sic fama, Mineruæ
 Charus Otho, templum erexit, centumq; Sabæi,
 Thura ministrabant aris solemnia Mystæ.
 Passim cultus honor, primum intemerata sub alto
 Effigies defixa Tholo, non qualis ad arma
 Profilit, & Libycos violentior explicat Hydros.
 Sed similis vultu, quo non experta maritum
 Esse solet, Melitemq; refert, aut Protomedeam,
 Vel cum seposita Iliacum Sîmoenta Medusa
 Ingreditur, pulchrosq; artus in flumine viuo
 Proluit, & rutilo splendorem a vertice vibrat.
 At sub marmorea pictum testudine templum
 Cernere erat, cum discusso capite orta tonantis
 Perrexit Libyam, & primum Tritonide ripa
 Exiliens visa est, nec adhuc fuit ægide præster
 Infertus, Garamasq; vagum, nec viderat aruis
 Chershydron, caudaq; atrum serpente Pharaeam.
 Aera sed postq; rupit Danaeius heros
 Remigio alarum, & crudum thoraca Mineruæ
 Induit, & cæsa petiit Phorcynide cœlum,
 Feruida q; vt supra Syrtim Berenicida Gorgon

LIBER PRIMVS

Extitit, in terram sanguis, crassumq; venenum
 Decidit, vnde ferunt tristes creuisse colubros,
 Et Cyrenæa nocuum Basylicon arena.

Parte alia Aethnæo Tritonis fulmine sæua
 Euboico in Ponto, tristisq; ad saxa Capharei
 Dissicit Argolicam rapido cum turbine classem,
 Interea exoritur magnum, & memorabile bellum,
 Quod reges gessere pares, verum exitus iisdem
 Haud par, Ausriades causis melioribus vsus.
 Hunc perimit bello, victorq; per oppida vectus
 Sanguine pollutæ infecit Tritonidis arces.
 Ex illo iratos contra fert tempore Pallas
 Ausriadas animos, odiisq; inimica prophanis
 Insequitur gentem immeritam, Diuosq; futuros.
 Quippe etiã Ausriadũ venturã a sanguine magno
 Progeniẽ audierat, quæ Bosphoron, & Garamãtas
 Signa vltra ferret, Gangem superaret & Indum,
 Quæq; suum victrix hauriret Marte cruorem.
 Hic dolor, hæc rabies, vnde implacabile numen,
 Diua Viconicio (si famæ credere dignum est)
 Ingressit stimulos, scelerisq; exorsa nefandi
 Moliri est ausus, cum Pannonium Sylacæum
 Cœpit, & armato lacerauit milite ciues.
 Belliger Huniades extra deserta Getarum,
 Impulit inflexo pugnantes lazigas arcu
 In Styriã, & magnis bello abstulit arua colonis.
 Qua foelix auro, & pingui patet Austria gleba.
 At nihil his actum est, iam seditione Vianam
 Imbuít, atq; odium popularibus intulit ausis.
 Proh scelus, & summa Cæsar spectabat ab arce

A v

AVSTRIADOS

Federicum
imperatorē
intelligit.

Armatas acies, & corda ferocia vulgi,
Quid memorē Belgas, Morinos, gentesq; repostas
Oceanum ad magnum, quas impulit illa furentes
In dominum sæuire suum, iamq; arma Leponto
Obtulit, & Veneti maculauit sanguine ripas
Diua odij memor antiqui, serpentibus atris
Sæuit adhuc, pugnaq; duces interfurit Oestro.

Ergo quæ vigilans, humentibus hauserat vmbriis
Dux, secum euoluit, dein lecto defilit aureo
Inuitusq; die lucem, Phœbumq; moratur.
Extulit interea Croceas aurora iugales.
In nemus ire parat, Stygiosq; inuisere Manes,
Ense latus munit, clypeum arripit, vnde videres
Phalsgraphidum genus, & proauos, & fortia bello
Pectora, Boiugenumq; aciem, cum Latius arma
Eridano, & domitis fuderunt agmina ripis
Hinc Byorix, Ambronq; ferox, & Cymbrica castra
Picta videbantur, catulumq; timere furorem
Aspiceres, fractasq; niues, & montibus alas
Præcipites, & aquis pontem indignantibus actum,
Nec non indomiti, & fulgentes Saxones armis
Francorumq; manus, heruliq; & belliger Hunnus
Apparent, raptæq; vrbes, & prælia quondam
Horrida Toctusagum, pulsataq; Noria Boiis.
Mille etiam præcis circum argumenta figuris
Viuent, mille viri descriptis vultibus halant.

Itur in antiquam syluam, Rhenoq; remenso,
Sacra Ithaci miranda petit, cum nocte silentes
Ad superos veniunt vmbra, vix margine plantam
Intulerat nemoris, tremere omnia visa repente,

LIBER PRIMVS

Atq; imo mugire solum, gemitusq; per auras
 Audiri, & tristes compleri murmure lucos.
 Substitit ille, ferumq; extra capulo eripit ensem,
 Intenditq; aures, veluti sub luce maligna
 Exploraturus, siquid præsenserit hostis.
 Arrigit auditum, pronusq; in verba moratur.
 It tamen, & gressu impavidus nemus intrat opacū
 Horrida perquirens Ithaci penetralia Vatis
 Sacrorū sedem, nigrans quam vallis obumbrat.
 Et negat admitti calidos Hyperionis ignes,
 Sed noctis patiens, & tetrus fumida syluis
 Relligione locum Stygio sacrauerat Orco.
 Intus perpetuæ plenum caliginis antrum
 Demissum ad Manes, sacræq; in faucibus ipsis
 Vestibulum ante aræ, circum pallentibus vmbriis
 Bacciferæ Taxi, candentisq; vmbra Laburni,
 Et pomis viduata suis, Cybeleia pinus
 Apparent, tristi feralem lampade cedrum,
 Atq; sepulcrales medio de funere raptas
 Cernere erat splendere faces, mox omnia Vates
 Lustrat, & an quisq; teneat nemus, horridus inde
 Voce tonans, eitis quicumq; ait, ite prophani
 Hinc procul, & ceptum timidi ne accedite sacrum!
 Tunc heros primum viui sibi fluminis artus
 Sparsit rore leui, atq; olli sese obtulit vltro,
 Obstupuit Vates, quis te inquit casus adegit,
 Infandum penetrare nemus? quo numine fretus
 Huc tendis? locus vmbRARū est, age fare vicissim.
 Quem contra affatur breuiter sic Boicus heros,
 Non me casus agit, defunctas ire per vmbraS.

AVSTRIADOS

Sed Diuum monitus, & chari iussū parentis
 Per loca nigra situ, Stygio sacrata tonanti
 Impellunt, dudum laui me gurgite viuo,
 Accessiq; tuas Vates purgatus ad aras.
 Nunc quid ego exquirā paucis aduerte, profabor.

Bellum ingens, si forte tuas quoq; perculit aures
 Exoritur, mecumq; omnis Germania pugnat.
 Longa mali series, neq; enim sat tempora fando
 Sufficerent, tu bella mihi tantum effer ad auras
 Ventura, & casus (nam tu potes) æde futuros.
 Per nigri regna alta Iouis, per numina subter
 Infernum iuranda polum, & caligine mer sa
 Oro velis, si fata sinunt, si Iuppiter aulae
 Annuit infernae, & nostri Diis cura remansit
 Effari, ac nobis belli recludere finem,
 Venturumq; sinas Erebo prænosse laborem
 Dixerat, ille atrox oculis, cui plurima mento
 Canicies inculta iacet, gliscitq; videndo
 Igneus ore vapor, rabiesq; inserta sororum
 Eumenidum, tales depromit pectore voces.

Si te tantus amor bellum, si tanta cupido
 Noscere sollicitat, Manesq; videre profundos.
 Hæc tibi sunt peragenda prius q̄ cernere quicq;
 Detur, & antiquis mecum confidere sacris,
 Hac depone enssem, clypeumq; sub arbore, & vna
 Lethæam in tonsum circum caput aggere Pallam
 Tænareæ Iunonis opus, quo saepe solebat
 Pulchrior vt fieri voluit, sibi comere crines,
 Et se Tartareo placituram offerre marito,
 Illa mihi dono quondam dedit, illius ergo

LIBER PRIMVS

Numinis infernos libato sanguine Manes
 Placabant olim, qua tempestate biremis
 Dorica, & appulsus fortuna huc venit Vlyfles,
 Egregiamq; suo de nomine condidit urbem
 (Vt fama est) pofuitq; aram, cœtusq; silentum
 Exciuit, ftatuitq; facrum, fieriq; quotannis
 Confuetum populis, donec libare per vmbas
 Defiit humanum iam mitior ara cruorem
 Dixerat, inde duos nigantes cornua tauros
 Plutoni Stygio, totidemq; ad vulnera vaccas
 Magnæ Hecate promit, dirisq; vlticibus Agnas,
 Dein tali impavidū aggreditur sermone Robertum,
 Funde merū, & falfam fparge inter cornua frugem,
 Cum flammam ex ara, lumenq; micare videbis,
 Ipfe foporiferum iactat per inane papauer,
 Lætiferam Taxum, trifticq; ex ilice frondes,
 Temporaq; exornat circum Stygia Cypariffio
 Infaufi pecoris præfurua pelle recinctus,
 Inde manu lignum medio de funere raptum:
 Caluitiumq; hominis, fparfiq; per aera bufti,
 Infandos haurit cineres, & ruminat ore
 Quæ Thelmeffiaco mufantur carmina ritu,
 Non fecus Aexi Circe fub rupibus antri
 Horruit, & nigri Manes ftimulauit auerni.
 Quæ potuit firmare polos, & cogere Lunam
 Sydera torquere, & diuellere montibus Ornos,
 Incipit effari, luftantemq; euocat orcum
 Addidit & Dryidum cantus, & Theffala verba
 Fœmineis vlulata modis, Nilotica quicquid
 Claudit, Cocytum vertens in carmina Memphis,

AVSTRIADOS

Nec non Athracij miscet mala murmura Vatis.
 Tunc velut Ogygio stimulatū Penthea Baccho.
 Cernere erat voluentem oculos, sit spiritus olli
 Maior, & in pleno luctatur pectore clausus
 Extemplo micuere ignes, & sponte per aram
 Eluxit flamma, & tedæ exarsere rogales.
 Tuncheros falsamq; molam, & spumantia Baccho
 Cymbia perfundit nigrantis cornua tauri
 Stat Vates cultros vibrans, dein talibus hincit.
 Aeternæ noctis, caligantumq; animarum
 Arbiter, horrendiq; Hecate Regina Baratri
 Et Chaos, & Phlegeton, consuetaq; sæpe vocari
 Limoso Styx atra vado, & liuentia nigri
 Flumina Cocyti, ripaq; Acherontis auari.
 Et vos o diræ fontum timor, atra flagello
 Tisiphone, Alectoq; hydrisq; armata Megæra,
 Et custos Erebi, Vates ego sacra Thyoneus
 Conficio, vobisq; lito, maioraq; vestris
 Munera libo focus, taurumq; his vulnere dictis
 Inuadit, iugulatq; animam, dein cætera maçtat
 Corpora, & accensis imponit viscera flammis,
 Accipite hæc inquit, libamina vestra, sacrisq;
 Annuite, & superas iam iam migrate sub auras.
 Finierat ritus, & verba precantia Vates
 Cum subito auditæ voces, sola cepta moueri,
 Vicinasq; labare vrbes, & murmure vasto
 Immanes referunt tremuisse sub æquore Phocas.
 Flumina ad vmbriferas Vogesi rediere cauernas
 Rapta Mosæ, Rheniq; vadum sub tartara tellus
 Accepit, Syrtisq; ingentem condidit alueum.

LIBER PRIMVS

Obnubiq; polum caliginis vmbo, retroq;
 Vulgus anhelantes Luna fugiente, retorsit
 Tartareum currus, summoq; a vertice luci
 Agmina fugerunt, errant quæ montibus illis,
 Nympharum, vt supero visa est Proserpina mundo:
 Dii quibus & Phlegeton curæ est, aniaq; silentũ
 Quæ colitis sedes, & inania tartara Ditis
 Vestrum opus incipio, sit fas mihi condita nocte,
 Sit terris demersa loqui, iam prima per vmbras
 Ante omnes carpebat iter Trinacria virgo,
 Raptori coniuncta suo, deinde ordine longo
 Non aliter q̄ si grus inter nubila clamans
 Iuncta volet, pennisq; secet stridentibus auras.
 Succedit syluæ genus innumerabile vulgi.
 Gnosius interea Vatem vocat, ille quis inquit,
 Quis nouus huc nostrã accessit mortalis ad aram?
 Quæ sibi dic Vates, vnde hæc fiducia facti?
 Cæruleam extemplo vittam, munusq; sacratum
 Iunonis Stygiæ, tumido tunc ore refedit
 Ira Dei, & nigri placantur murmura cætus.
 Dum per cuncta oculos voluit Mauortius heros,
 Ecce per obscuras vmbras, feraliaq; antra
 Pallente incedit, mœstoq; Georgius ore
 Boius horrescit, qualis cum Luna pauetq;
 In cœlo, & Stygios Magiæ pallefcit ad hymnos.
 Protinus exiuit turba, dein talibus vltro
 Aggreditur dictis, num te mea cura Roberte
 Cerno oculis? nun te video? nun te alloquor? heu
 Me nimis inuitum rapuit mors improba, non tu
 Si superis agerem vitam, si vescerer aura,

AVSTRIADOS

Numina, vt eliceres Erebi, loca turbida adires,
 Bellandi causam Manes mihi fama sub imos
 Attulit, & dolui, sed quid regnat ne Philippus?
 Ecquid agunt pueri? quid nata? age fare vicissim
 Excipit, & contra effatur sic talibus heros.
 Postq̄ te nobis sic Dii voluere repente
 Abstulit atra dies, veniet quæ semper acerba
 Semper tristis erit, mecum sors iuuida cepit
 Luctari? neq; enim victa ceruice sub illa
 Occubui, sed contra omnes ardentior ictus
 Intendi clypeum, regnoq; potitus, ad arma
 Prouocor Austriade, & ducibus quos nostra triūphis
 Diues alit regio, tantumq; audire Deorum
 His rebus responsa super, belloq; futuro
 Inquirens, ferale nemus, Vatemq; petiui.
 Sed quid plura loquor? regnat pater, & tua proles
 Implet auro pueros, sed tu per sacra profundæ
 Non temeranda Deæ, cultrosq; arasq; piandas.
 Dic rogo cogantur q̄ longa ab origine Manes
 Fontibus a Stygiis superas euadere ad auras,
 Quis trahit huc anīas? quæ gens? nun cūcta mouētur
 Tartara? vel certis labor est? vel parcitur vmbriis?
 Fabor aī, nec vana quidē, quam prospicis artem.
 A Iouē principium fuit, & cœlestis origo
 Hinc delapsa polo late descendit ad oras
 Persidos, & magno pollens Zoroastre per orbem
 Irrepsit Memphim, Syriæq; inuecta per vrbes
 Dira superstitio, multisq; fluentibus annis
 Ad Lyciæ Theimesson iit, dein Thessala regna.

LIBER PRIMVS.

Sæpe vbi fœmineis, descendit menstua olympto
 Cantibus, & tristes Phœbe despumat in herbas.
 Orphea qd memorē: qd Cîrcen, aut Prothea magnū
 Carpathio varias vertentem gurgite formas.
 At periere olim Vatum monumenta priorum,
 Atq; arti contracta fides, retroq; relabi
 Paulatim cepit, stabili sunt omnia fato
 Per certas reuoluta vices, siluisse lebetas
 Vidimus Epyri, Prænestinæq; sorores
 Fatidicam æei liquerunt hospitis urbem.
 Quin etiam quercus referunt oracla dedisse
 Hercynia in magna, coluit quas alta vetustas.
 Nec miror quondam hæc periisse arcana deorum
 Aspice defectum nostram quoq; ferre quotannis
 Naturam, rursusq; nouis gaudere figuris
 Frondiferū, vt perhibent, flāmæ splendētis, Epopon
 Vis æquauit humi, montanasq; eruit ornos
 Aeq; cacuminibus campestris forma remansit
 Tantalon, & Syphilum, Phœnicūq; obruit vrbes
 Sub uastum natura solum, rursusq; subinde
 Accipimus natas, turbata per æquora, terras.
 Et celsam Prochiten, & egentem numine Delon
 Ignaramq; Rhodon miracula ponere Phœbo.
 Quid moror? ipsa suis vicibus nox humida fungens
 Phœbi pellit equos, hanc ilicet effugat atram
 Clara dies, pars sydereo de vertice mundi
 Prona ruit, partem assidue vertigo supinat.
 Nunc æstas lapsa est, sed & hanc quoq; prouocat alter
 Annus, & obseruat glacialis frigora brumæ.
 Omnia prætereunt, redituraq; tempore certo

Alludit ad
 Dryiadas.

Respexit ad
 ortum Deli
 et Rhodi, id
 circo egen-
 tes numinū
 dixit.

B

AVSTRIADOS

Discimus exemplo rerum, sic forsitan, ipsa
 Quæ vacat, ars repetit, nec Vatis antra carebunt.
 At quæ nos Superis vis attrahat, accipe paucis.

Carminibus Magicis, sacroq; accersimur ore.
 Nam simul, atq; imas animas, & tartara pulsat
 Vocibus, atq; Erebi pallens adsibilat umbris,
 Sistimus huc omnes, solum nos improba Vatis
 Vis trahit ad Superos, inuitaq; cernimus astra.
 Nam potis est, Phœbumq; retro, cœliq; meatus
 Vertere, & ex atris conuellere nubibus ignes.
 Hinc responsa petit, venturaq; pandere terris.
 Nos credit mortale genus, sed vera profabor.
 Quis rerum seriem promit penetrare quis alti,
 Ingreditur fati? nulli se præbet habendum
 Ipse tenor mundi, quot enim mortalia corda
 Voluimus in dubiis? Furor est secreta mouere
 Fatorum, Vates, sed finge, arcana Thyoneus,
 Et populos mensura tibi monstrauerit arma.
 Quid iuuat, o miseri tristes prænosse labores,
 Atq; malis, tantum, nec adhuc venientibus angis?
 Fata immota manent, aderunt, quæ tanta Cupido
 Sollicitare Deos, cantuq; laceffere Manes?
 Nunc animas Erebi dicam, quas carmina Vatis
 Nulla mouët, nullusq; labor, quasq; improbus vrget
 Ad superos error, patet atro limine cuiq;
 Tanarus admittitq; omnes, rectosq; malosq;
 Qui regni diuersa petunt, Phlegetonte sub imo
 Innumerum fontum genus est, & turba malorum.
 Luxus vbi, Fastusq; perit, nec pollet honorum
 Ambitio, cunctis sceleris, data pœna, peracti,

LIBER PRIMVS.

At cui concessum veros cognoscere Diuos,
 Virtutemq; animi cœlestem æquauit agendo:
 Qui vitæ caruere dolis, quem nulla peredit
 Maiestas, regniq; timor, cognata reuisunt
 Sydera, fœlices ve petunt examine campos,
 Quos nostri Elyfios olim dixere priores
 Extra axem, Phœbiq; vias, vbi mille peractis
 Solibus, ad superas, reditura in corpora, terras
 Cœlestes animæ Læthæa obliuia potant.
 Gens nullo turbata sacro, nullisq; coacta
 Carminibus, lucos populî, camposq; colentes
 Aereos, Solemq; suum, sua sydera norunt.
 Sed quoq; & hij, magni velut adspectacula Cîrci
 Turba ingens, Latios, plectta cupidine, ludos
 Inspectura ruit, veniunt ad sacra volentes.
 At qui iudicio Diuum damnantur auerno
 Dant sceleris pœnam, atq; etiam parere vocatis
 Est opus, & gelido Vatis consydere luco.
 Sed nunc te verbis tantum ne demorer, illuc
 Aspice Chrysaoram, atq; triformem Gerionea
 Orthonq; & stabulis, quem perdidit, Eurytiona
 Amphitrioniades sacra, in magnis, Erythiæ.
 Illas, Hesperidas, Contra serpentibus atris
 Gorgonas has perhibent, dextra, leuaq; bímembres
 Perlege nubigenas, & agentem Monycon ornos,
 Aretonq; Vriónq; Sagittiferumq; Mimanta.
 Iamq; alio deflecte aciem, Romanaq; cerne
 Agmina, quæ nunq; satiata cupidine regni
 Arma per Eoas gentes, tremefactaq; rubri
 Littora, perq; Arabum, vetitos duxere recessus.

B ij

AVSTRIADOS

Qua male turilegas vidit gens Martia Carras,
 Hij duo sunt crassi, sed quæ crudelior, ante
 Umbra venit, Sylla est, patrio qui sanguine campum
 Fœdavit, Tyberimq; vado spumante coegit
 Corpora Tyrrheno fluitantia mergere Ponto.
 Pone subit Marius, Quis enim truculentior illo
 Extitit vnq; epulas inter, mensasq; nefandas?
 Substulit Antoni manibus, lacera ora, cruentis,
 At qui se mœstis ostendunt vultibus, ac te
 Auerfis spectant oculis, lumenq; recondunt.
 Primus Romuleis Seruilius acer in armis
 Carpit iter, signatq; gradu, vestigia lento
 Cassius, at qui altum, premit immo corde, dolorem
 Scaurus erat, quæ pone ferox non debilis hasta
 Mallius, insequitur, cunctiq; hæc littora norunt
 Iamq; dolent, trepidiq; vident regna horrida bello.
 Quippe olim fusi, nostrosq; a Marte fugati
 Formidant etiam madefactos sanguine campos.
 Parte alia indomitum torua sub imagine drusum
 Iam specta, qui Marte Salam, Rheniq; bicornis
 Spumantes multo fœdavit sanguine ripas.
 Hic est qui bello Byrchanem, & Bructeron aruis
 Inuasit, gelida qua fertur Amusius vnda,
 Talia dum memorans genero socer omnia pandit
 Apparet turba in media, mœstissima vultu
 Umbrarum effigies. Tunc heros Boicus inquit.
 Cur mœsta hæc umbra est? lachrymisq; os implet ob
 Dic rogo, quæ contra breuib; sic incipit ille. (ortis?
 Hic est Quintilius longa ipsa exordia, longæ
 Ambages, sed summa sequar fastigia rerum.

Drusum de
 industria vi
 etorum si
 mulat.

LIBER PRIMVS.

Fœderibus fractis, qua tempestate Sycambri
 Deseruere fidem, pactamq; resoluere pacem
 Est visum bello, sæuos animare Cheruscas.
 Occepit rabies pugnae, pepulitq; Caulcos
 Rumor, & Obnobio trepidantes vertice Cathi.
 Romanos contra sumpserunt arma potentes,
 Quintiliumq; atra fuderunt strage latinum.
 Nec minor Herminij effigies, vultusq; minaces
 Apparent leua, is nunq; deuictus, at anceps
 Sæpe fuit pugna, & quantum Germanice cladum
 Perpeffus fueris, quoties nec abiueris æquo
 Marte, tui seruant bellum memorabile Fasti.
 At qui per syluam ingenti, percq; agmina, Fastu
 Vmbrarum incedunt, Cyaraxes Medus, & vna
 Astyages, illac Dareus Persa, sed ante
 Cyrus it, en Xerxes terror maris, omnia miscens.
 Aspice vt insurgit campus Mythra. Illius armis,
 Calcatumq; fretum, iunctumq; Propontida dicunt,
 Epotosq; amnes, Sed tu modo respice, quantus
 Rex trabea insignis, superat media agmina Sydon
 Interea, & lætas super eminet Italus umbras.
 Hos quondam regnasse ferunt, qua panditur ingens
 Hercyniæ nemus, & gelidos alit vmbra Sueuos.
 Nec longe apparent Galli, toruumq; minantes.
 Vix nostras spectant Aquilas, infestaq; damnant
 Sceptra Ariouisti præformidata Tyranni.

Tunc heros quæ forma hoīs, quibus horridus ille
 Vultibus incedit? tantusq; insurgit ad auras?
 Dic rogo quod monstrum?, quæve hæc sub tartara læ
 Talia dicentē alloquitur, sic vmbra vicissim. (bes?

AVSTRIADOS

Hunc olim fama est, terræ omnipotentis alumnum
 Germano regnasse solo, Numenq; fuisse
 Gentibus ignaris, memorantq; Thiryfona dictū.
 Non talem Aethnæis vastum Polyphemon in antris,
 Maioremq; ipsos intendere Brontea folles
 Crediderim, aut versis sudare Pyracmona massis.
 Hic pius in primis habitus, Iouis arma superbos
 Cæumq; Cræumq; Hyperionaq; Iapetumq;
 Temnentes fugit fratres, & nauibus altum
 Oceanum emensus, nostris deus appulit oris.
 O, si vnq; sedes Superum, tibi tendere adimas
 Fata darent, viuoq; altas innare paludes,
 Maiora his multo, vmbRARUM simulacra videres.
 Namq; ibi Titanas, pulsant qui vertice nubes
 Tantū infra terram merfos, quantū Aethere ab alto
 Ingens si caderet pondus, nonoq; peracta
 Interualla die, surgens aurora videret,
 Iuppiter occuluit, septumq; ex ære recinxit,
 Et nigram triplici murorum ex ordine noctem
 Apposuit, supraq; ingens caligine tetra
 Opprimit hos tellus, Duro calybe Enosigæus
 Affixit postes, custodes carceris atri.
 Centimanus Briareus, Cottosq; Gigesq; feruntur.
 Verum mors cunctis longe est immanior vmbRis.
 Et somni soror, & pallentis filia noctis.
 Huic siquidem æreum caput est, tenus inguine putri
 Ex terra corpus, quæ pendent crura, putares
 Esse vndas, liquidoq; inflecti errantia, motu.
 Hæc infra, supraq; innixa, hinc inde recuruis,
 Hunc manibus vestrum præcingit ferrea mundū.

LIBER PRIMVS.

Nunc geminas huc flecte acies, magnaꝫ potentē
 Luminibus lustra venientem Mammona prole
 Numen, & ipsum olim populis, genus vnde superbū
 Oceanum iuxta, fluit, & pugnator Itæuon,
 Aspice nunc Dryidas, aluit quos Gallia, Vates
 Ut perhibent, olim patria qui sede relicta
 Fatidico nostros subiere examine lucos,
 Sacraꝫ in Hercynia posuere cubilia sylvæ.
 Hi montes metiri audent, terrasꝫ iacentes
 Syderaꝫ, & motus, quæ sit natura Deorum
 Inquirunt, quæ vis illis, & scire feruntur
 Interiecta polo, quantum plaga distet, vtroꝫ.

Dixerat extemplo peragens inferna Sacerdos
 Sacra Erebo, tonat ore Deos, circumꝫ per vmbas
 Bacchatur patiens diuum, nec Numinis expers.
 Non secus Euboico Vates immanis in antro
 Fœta deo, visa est vastum mugire repente
 Dardanio Aenææ, cum centum ingentia claustra
 Sponte sua patuere fores, regniꝫ futuri
 Chalcidicæ exhausit diuæ responsa Sibyllæ.
 Circumerrant vmbrae, motisꝫ Megæra flagellis
 Tartarei nutu, iubet alta silentia, Ditis.
 Illicet omnis ager, montes, atꝫ antra quiescunt,
 Nullaꝫ dat voces, repetitaꝫ murmura, vallis.
 Talia tunc imo Vates de pectore promit.

Bellum ingens, cædesꝫ cano, Rhenūꝫ cruore
 Spumantem aspicio, venient in regna Boemi
 Auxilio, Martemꝫ cient, Francosꝫ sub ictu
 Prosternent primo, atꝫ vn dabit sanguine Rhesus.
 Te quocunꝫ trahet fortuna, ardentior ito.

Itæuon ali-
 bi ut Bastar-
 ne, et Batar-
 ne.

Respexit ad
 historiam
 Clau. Imp.

AVSTRIADOS

Ne dubita dabitur requies, finisq; malorum.
 Nam te victurum promittunt numina, Regem.
 Vix ea finierat tremere omnia visa sub imis
 Extemplo pedibus, nemora alta, domosq; ferarum
 Excussas, nigrasq; canes vlulasse per umbras
 Accipimus, motoq; sacras de vertice Nymphas
 Hercynio plorasse ferunt, mox protinus omnis
 Umbrarum cœtus, Vatisq; effugit imago.
 Non secus Hyppotades Tyrrhena ad littora soluit
 Carcere ab Aeolio, Boreamq; Austrosq; procaces.
 Qui terras quatiunt, & tempestate sonora
 Incumbunt Pelago, tumet altis fluctibus æquor
 Ionium, & motas vix continet ancora puppes.
 Sic Manes stygiï, turbæq; Acherontis auari
 Surgentem liquere diem, Cum Delius umbras
 Exoriens, afflaret equis, pars illi cet antrum
 Irrumpit, repetuntq; altas sub tartara pœnas.
 Pars qua flagrant ignes, Saxonia tellus
 Euomit, atq; aditum speluncis continet atris
 Ad Manes rapitur, trepidat sub gurgite Tethys,
 Cymbrica, & horrescunt glaciali Hemodes in vnda.
 Expauit tunc Luna polo, currumq; reflectens
 Delius, occiduis rursus remeavit ad ortum
 Axibus. Vt quondam mœstæ videre Mycenæ
 Obscurum, & radiis versum pallentibus, Argos.
 Boicus interea visu rerum astupet heros,
 Frigidus, & coit per membra rigentia sanguis,
 Atq; vbi sint oculis umbræ circum omnia lustrat.
 Adsi let omne nemus, tantumq; per aera summum
 Audita voces, Vates quoq; lapsus ad auras.

LIBER PRIMVS.

Liquerat ancipitem, tunc ille sub arbore fixa
Corripit arma manu, dein talia vocibus infit.

Dij quibus vmbrae cura est, Erebiq; silentis
Infernaeq; animae, nigrantisq; arbiter orci
Annuite inceptis belli, firmumq; ratumq;
Sit quodcunq; sacri referunt oracula Vatis.
Centum ego cum patria, dabitur me sistere terra,
Constituam ante aras taurorum terga nigrantum
Sacra Ioui stygio, atq; Hecate sua munera ponam.
Nec templi non stabit honos, araq; dicatae.
Dixerat, & secum Vatis responsa volutans,
Bellorum finem foelix dabit exitus, inquit,
Hostilisq; acies nostris superabitur armis.
Heu diuum, ignarae mentes, heu conscia veri
Nequicq; ratio, fatoq; hebetata Deorum.
Hac vbi, discedit, vastaq; silentia syluae
Egrediens, dulces terras, patriamq; reuisit.

F I N I S.

LIBRI SECVNDI ARGVMENTVM.

Præfagia futurarum cladum recitantur, Oratoresq; Cæsaris
ad Robertum missi qui de bello, paceq; agerent. Interim Cæsari,
dum Augustam repetit, ab Alpinis pastoribus quædã de mons-
stro recensentur, quibus se auxilium præbiturum pollicetur.
At Diana, quam in toto opere Cæsari fauentem introducit, ab
Orthygia insula rediens, de Pallade conqueritur, inibiq; plura
mala recēset ab eadem Austriadis illata. Conscia ergo Cæsarem
uenatum iturum, se in Nympham uertit. Interea Cæsar magna
ducū comitante caterua, in syluas pergīt. Quæ dum fido Lan-
go comitatus, ad uallem descendit, ingentis ursum magnitudi-
nis reperit, cuius originem ad Orthum Gerionis canem refert.
Hunc necat Cæsar. Egredienti uallem se obtulit Diana, cui Cæs-
sar per occasionem belli Bauarici originem narrat. Diana quæ

C

AVSTRIADOS

dam futura super eodem uaticinatur, sequitur Cæsaris Augustam reditus. Celebratum conuiuium. In fine laudes Mariani Bartholini canuntur, quas in Langum permutasset, nisi eius iam mortui Genio insomnis exterritus fuisset.

AVSTRIADOS LIBER II.



Nuntius interea varias perlabit vrbes (la,
Rumor, & exciti Martis canit horrida bel
Armari populos, & tristia ad arma vocari
Arctoã gentẽ, mentesq; infausta mouebãt

Signa Deum, nam visa polo Bellona trabalem
Excussisse Sudem, & violentius igne Tonantis
Cum serpentifero piceos ciet ægide Nymbos,
Hercyniã sacro vibrasse a culmine syluã
In Rheni turbata sinus, gelidasq; per alpes
Igniuomo referunt exustas fulmine quercus.
Sic turbati animi, & vario vexata tumultu,
Flectitur huc, illuc bello Germanica pubes.

Dumq; ea diuersis agitabant motibus vrbes,
Magnanimus Cæsar curis ingentibus, acris
Principium euoluens belli, cladesq; futuras,
Destinat extemplo, aureq; electroq; rigentem
Exarmare manum, populosq; accendere Marte.
Sed primum statuit patrio de more, legendos
Quinquaginta viros, rapidosq; ad littora Rheni
Ire iubet, pacemq; ferant, bellumq; Roberto
Malit, vtrum exposcant, vetito ni cedere regno
Annuat, indicant Martem, sic fatus. At illi
Nec mora, festinant iussi mandata ferentes.

Interea Augusti Cæsar remeabat in vrbem,
Cum subito gelidis Pastorum ex alpihus agmen

LIBER SECVNDVS.

Emicat, atq; omneis turbans clamoribus umbras,
 Cingebat longa vastas indagine sylvas.
 Mirari primo, sed mox perquirere causam
 Cæsar auet, coramq; iubet contendere turmas.
 Extemplo properant iussi, gerit ille bipennem,
 Roboris hic nodo est, hic torre timendus obuisto
 Hunc Sparus exarmat, variis Bellona sub armis
 Incitat agricolas, Aciemq; impellit agrestem.
 Tūc Rex, Qui strepit? qd vos Nemora alta fragore
 Concutitis? totasq; incingitis agmine sylvas,
 Dicite Pastores, nun Diis nemoralibus vllis
 Est facer iste dies? aut Pana vocatis ad aras?
 Quem contra paucis loquitur sic pastor Opheltes.
 Monstrū infandū, ingens, quo tota exterrita ab altis
 Diffugiunt armenta iugis, passimq; vagatur
 Montibus, hic errat. Quid enim natura creauit
 Sæuius? horresco referens, nam rite recordor
 Cum me quadrifidam, cuneis vrgentibus, ornum
 Scindentē aggressum, est opera interrupta relinquo,
 Arripioq; fugam, & taxum, quæ forte dabatur
 Obuia, subsilio, vix præ formidine ramis
 Detineor, gelidusq; fluit per viscera sanguis.
 Quid tibi tūc cordis fuerat? quid mentis Opheltes?
 Iamq; lues aderat frendens, spumantiaq; ora
 Huc, illuc voluit, Libyca velut atra Leænæ
 Cum gliscit ieiuna fames, per Atlanta feruntur
 Indomitæ, & vastis replent mugitibus umbras.
 Tandem treis, memini, cum Sol breuioribus ambit
 Mortales radiis, hyemem, frigusq; reducit,
 Culmine me miserum taxi considerare, nec̄tes

AVSTRIADOS

Quid memorē infandas cædes, vidi, heï mihi, vidi
 Corpora natorum, soliti qui montibus istis
 Herbida candentes ductare ad pabula tauros
 Mandier, & diris crepitare in faucibus ossa,
 Frustraq; cum multo semesa relicta cruore,
 Infandam a nobis Dii talem auertite pestem.
 At tu qui causam iamdudum intelligis omnem,
 Fer precor auxiliium, monstrumq; expelle nefandum.
 Dixerat, at contra breuiter sic talia Cæsar.
 Omnia percepi pastor, fortissima pubes,
 Vosq; mihi vestram, nec rem narrasse pigebit.
 Lux etenim cum nona diem, Solq; aureus orbem
 Lustrabit radiis, pelletq; aurora tenebras
 Hos circum montes cuncti, lecto agmine sunt,
 Ipse adero, præsensq; mea cum gente iuuabo.
 His Cæsar dictis Augusta ad mœnia pergit.
 Iam nox atra polo, & densa caligine mundus
 Obruitur, suadentq; micantia sydera somnos.
 Cum Zephyri posuere, silent syluæq; feræq;
 Quadrupedūq; genus, homines, pictæq; volucres.
 Et semota iacent solitis animantia curis.
 Interea Orthugiæ remeabat Delia luco
 Qua iuga Sol missi, sacrumq; reuiferat amnem
 Cenchrion, & vigiles Deli curetas in antro
 Cymbala pulsantes. Etenim Saturnia Iuno,
 Sic memorant, olim insidias molita parenti est
 Latonæ, querens partus abolere Deorum.
 Tunc vero hostiles, æris crepitantibus, aures
 Curetes clausere Deæ, quo mystica ritu
 Festa simul celebrant Leleges, caresq; quot annis.

De Diana
 quæ toto in
 opere Fauz
 trix Cæsari
 introducitur.

LIBER SECVNDVS.

Ergo illinc diua excelsas inuecta per auras,
 Sic secum, nunq̄ ne irarum comprimet æstus
 Sæua Iouis proles: rigidisq̄ armata Chelhydris
 Insultans, iterum ne odiis miscere profanis
 Audaces animos volet: & nihil esse putabit
 Quæcunq̄ Austriadas contra fuit ausa potentes:
 Quid memorẽ excitas gentes, populosq̄ rebelles:
 Atq̄ Voconicij dirum scelus: ipsa furorem
 Mentibus ingessit, placidumq̄ inimica Tyrannũ
 Marte laceffiuit, Morinosq̄, extremaq̄ mundi
 Littora Belgarum pictis certare Couinis
 Impulit, & mentes acreis accendit ad arma.
 Quin etiã in somnis stimulat Deus ore Robertum,
 Sollicitatq̄ animos bello, neue ipse relinquat
 Intentatum aliquid, stygios inuisere Manes
 Imperat, & fontes animarum euoluere pœnas.
 Hæc hausi, quanq̄ per nigra silentia demens
 Crederet occultam, puroq̄ ex æthere vidi,
 Quid vacat: en etiam mœstas bacchata per vrbes
 Pugna Erebi Numen, furialibus excitat armis
 Pectora, iam cœlo pugnet pater, atra coruscans
 Fulmĩa, et Austriadas trudatq̄, abigatq̄ sub vmbra
 Iratus, vel nubigero compellat ab Hemo
 Belliger Aedonas maiores in bella Phalanges.
 Verum ego, scandescant superi licet, armaq̄ contra
 Suscipiant, obstabo ferox, operaq̄ iuuabo
 Magnanimũ Ausriadem, qui me venerat, & aris
 Lancibus imponit fumantibus exta quotannis.
 Et modo ter geminam, modo me perseida prolem,
 Nunc cererem vocat, accensos facturus ad ignes

AVSTRIADOS

Sacra Deis,meritis nun plane ingrata viderer
 Ni præfens olli faueam: nam Iuppiter olim
 Magnorum iussit lateri me assistere regum,
 Et parere his multo partes sudore triumphos,
 Nec,quamuis ortu,Libycisq; superbiat Hydris,
 Terrebit pallas,nam mi quoq; Iuppiter ipse
 Est pater,ingentesq; arcus,Pharetræq; minaces
 Haud desunt,si bella volunt,pugnemus & ipsi,

Dixerat,Interea bigis rutilantibus eos
 Subtulit os sacrum,vultuq; retexit olympum.
 Tunc Diua in nemus,& lucos se contulit altos
 Qua Cæsar venturus erat,monstrumq; domandū,
 Cœlestes vultus,Phœbæosq; exiit artus,
 Quæ,velocipedem summis de montibus Opim
 Finxerat errantem,vel agentem in retia ceruos,
 Vel poterat Dryadum formosior vna videri,
 Fibula cui limbum collegerat arcæta fluentem,
 Et roseo sparsi pendebant vertice crines,
 Qualis per Cynthi lucos,aut per iuga sacra
 Orthugiæ graditur,nullis comitata Napeis.

Interea Pharetris,arcuq; armata iuuentus,
 Vestibulum ante ipsum,primoque in limine regem
 Expectant,ardent animi concurrere monstris,
 Et timidas alto depellere vertice Damas,

Primus ibi ante alios,circūdatus agmine magno,
 Emicat Albertus,vastisq; sonantia gestat
 Tela humeris,alacer vultu,dignusq; videri,
 Hic curam ingentē premit,& sub pectore versat
 Venturum exidium populis,cædesq; cruentas,
 Parte alia æripedem campo calcaribus aureis

LIBER SECUNDVS.

Urget equum indignans, nitidæq; hastilia ferro
 Concutit, & rapidos præuertitur æmulus Austros
 Langraphius maior, qualis Pangæa peragrans
 Thrax agit Odryfias, Adomanthæasq; cateruas
 Segnior haud illo Virthymberzentius heros
 Altum inuectus equo, spumantibus ora lupatis
 Laxans, pulueream cursu mouet æthere nubem.
 Olli gemmatum subnectit fibula cornu
 Aurea, & agglomerat textura, atq; implicat auro
 Labentes in terga comas, crinemq; fluentem
 Spicula bina manu, Phœbo velut esse putamus
 Cum Dryopas, clariosq; & se clamantia Pœan.
 Agmina per Lyciam, & saltus impellit Imaui.
 Hinc Brutisuychides, cui paruo in corpore virtus
 Sūma viget, qui gentis auos memorabat Othones,
 Pube aderat iuuenum, Cadmi nec iturus ad urbem
 Tydeus Oenides magno secus hæsit Adrasto.
 Nec te Iuliaci imperium, populumq; regentem
 Præterisse sinam diuinæ prolis alumne.
 Pone ardens Casimyrus adest, sequiturq; parentem,
 Cui vix purpureæ nigra lanugine malæ
 Tinguuntur, duro sed habentur casside dignæ.
 Nec non & pictis heros Zornesius armis
 Fulgebat, qualem Nymphæ Cyllenides olim
 Parrhasiis memorant, venantem Oriona syluis.
 Postremo Ausriadæ fidus vestigia Langus
 Præcedit, regni curas sortitus & orbis.
 Hic nitet ante alios forma pulcherrimus omnes,
 Non secus humentes vel cum nos ingerit umbras,
 Vel surgens Aurora diem, lucemq; reducit

C iij

Cardinalis
 Gurcen. lau
 des, qui in
 toto opere,
 ut Achates
 Vergilian⁹
 introducitur.

AVSTRIADOS

Lucifer astrorum splendens super eminent ignes,
 Quem nisi belligerum præformidaret amantem
 Alma Venus, Cyprum secum rapuisset in altam
 Læta, vt perpetuos olim sibi iungeret annos.
 Præterea innumeri, quos elicit æmula virtus,
 Regem expectabant, tandem stipante caterua
 Egreditur Cæsar, qualis cum corniger Hammon
 Hesperidum in sacros pubem Garamantida lucos
 Educit, sedet ille altum, vultusq; verendos
 Exerit, & viso gaudentq; pauentq; tonante,
 Aut cum cœlicolis curru spectandus Eburno
 Offeritur, sacraq; nouos ciet Elide ludos.

Itur venatum, rumor volat agmine facio
 Pastores trepidare iugis, Alpinidos vrsæ
 Induit hic pellem, sudibus ferus ille præustis
 Umbriferos cingit montes, atq; inuia lustra.
 Hic suspensa rudi gestabat retia conto.

Vt ventū in syluas, cunctos labor euocat ardens,
 Hic tortas laxare plagas, hic tendere neruos
 Incipit, hic lato vibrat venabula ferro.
 Figebant alij laqueos, altosq; pererrans
 Hic montes, cornu pubem stimulabat adunco,
 Monstrabantq; vias alij, sic ordine longo
 Indagant syluas, & vi nemora alta recludunt.
 At Rex haud timidas montis de vertice Damas,
 Vel ceruos glomerare fuga, propiusve sagittis
 Optat agi, aut imis spumantem in vallibus aprum.
 Sed monstrum, ceu Partheniis Calidonius umbris
 Arduus Hippomanes sequitur, totumq; recurrit
 Per nemus, ingentiq; vocat clamore sequentes.

LIBER SECUNDVS.

Vallis opaca fuit, quæ circum vmbonibus altis,
 Et scopulis præcincta iacet, stant vndiq; rupes
 Nubiferæ, tantum scissis vi cautibus, horrens
 Semita, monstificæ vallis contendit ad imum.
 Illic fons nitidus, prædulcibus adstrepit vndis
 Flumen agens, sacrumq; caput, crinesq; madentes
 Diffundit per prata vagus, scenisq; coruscis
 Gaudet, & Herculea prætexere tempora fronde,
 Ille locus Nymphis facer est, nam sæpe videres
 Arcadio huc diuos arcessere Pana Lycæo.
 Cum flauam Harpalicē, vitreoq; Hyalitida vultu
 Insequitur, Tegeæa minus sibi Mænala curæ,
 Aut Homoles gelidi virides circumdare saltus,
 Fronte sub aduersa, penitusq; in valle reposta,
 Magnū immane patet scopulis ingentibus antrū,
 Obscuroq; aditu, tenebrisq; in faucibus horret,
 Monstrorum hæc sedes, vrsosq;, luposq; rapaces
 Audires fremere, & præortis cornibus vros.
 Huc se magnanimus, Lango comitante per vmbas
 Contulit Ausriades, dein fontem, & flumen adorat.
 Atq; Deas, Nymphasq; loci, dumq; omnia lustrat,
 Exploratq; oculis, Rex ense decorus & arcu,
 Ecce ruens summo vicini culmine montis
 Monstrum infandum, ingens, fatiatum cæde ferarū,
 Speluncam petit infrendens, concussa fragore
 Ingenti, nemora alta tremūt, velut orbe profundo
 Eliciant thecatem, Manesq; & tartara vertant
 Thessalici cantus, gemat atro Tænarus ore,
 Argolicæq; labent vrbes, Phœbeq; tremiscat.
 Vel cum se vastum referunt Cyclopes in antrum

A V S T R I A D O S

Aethnæi, audires Sículas mugire cauernas
 Illi indignantes, nemus a radicibus imis
 Conuellunt, tolluntq; caput, nec celsius vlla
 Populus Herculea cœlo se subiicit vmbra.

Vrsus erat, ceu fama recens peruenit ad aures,
 Horrendum visu monstrum, cui lumina toruo
 Intus opaca micant capiti, gliscitq; per ora
 Infrendens rabies, vastisq; e faucibus extra
 Eructat spumas, & inanem polluit auram,
 Exæquat dorso montes, & cruribus altas
 Exuperat quercus, dentes tribus exerit vlnis,
 Saturniq; refert intortis vnguibus Harpen.

Inarimem quondam sub terras tristis Echidna
 Incoluit, Nymphæ vultu, tenuis inguine serpens
 Inferius, sauo quæ mista Typhaone natos
 Horrendos peperit custodem cerberon orci,
 Cuius demersos terret vox ærea Manes,
 Lernæamq; Hydram, quam ferro atq; ignibus hausit
 Amphitrioniades cum Belligero Iolao.
 Sed primū ante alios latrantem sustulit Orthum,
 Oceano in magno, nullumq; hoc sauius vsq;
 Progenuit natura nefas, tribus ora relaxat
 Faucibus hic, trinumq; caput, tria guttura pandit.
 Interea Alcides Erythæo in littore victor
 Gerionem extinguit, monstrū domat, inde reuectus,
 Infandas cædes populis ostendit Iberis.
 Inde & Bebrycios montes, & inhospita transit
 Volcarum regna, & longe possessa colonis
 Arua Tricastinis, qui monstri dum inficit agros.
 Vicinasq; alpes, infractaq; saxa veneno,

LIBER SECVNDVS.

Prociduis tellus guttis, & sanguine fœta
 Virus alit venis, recipitq; in viscera tabem.
 Et partum iuuat infandum calor, atq; agit intus.

Monstrificum extemplo natū genus omne ferarū
 Hinc Alces, Vrosq; boues, Geticumq; bisontem
 Creuisse accipimus, Machlinq; per æquora vectam
 Insula nunc vastis nutrit Codanonia syluis,
 Nec minor hac Eale nigranti fœta veneno
 Prodiit ex terra, gerit alta hæc Lurida fronte
 Cornua, & alterno ruit in certamina motu.
 Visus & Ichneumon liquida se mergere terra,
 Et Phœbo siccare cutim, nunc fœmina, nunc vir,
 Naturæq; potens, formas variantis Hyæna.

Ergo inter diros partus, terræq; nocentis
 Progeniem infandam, dictu mirabile, monstrum
 Exeruit caput, & villosos extulit artus
 Vrsus humo, rapuitq; fugam, transq; infilit alta
 Celtarum nemora, atq; alpes infedit apertas.
 Inde genus, prolesq;, & adhuc millesima pestis
 Errabat sylua in magna, montesq; per altos
 A stabulis armenta fugat, visusq; nefandum
 Nymphæ desertis fugiunt Alpinides vmbris.
 Hanc cuncti inquirunt, referantq; indagine syluas.
 Interea Cæsar strepitus cum venit ad aures,
 Immensusq; fragor, quibus antra, nemusq; repente
 Mugit, expectat cupidus, positisque sagittis,
 Quas iubet ex humeris fidum suspendere Langum,
 Ensem vulnificum vagina extraxit eburna.
 Ecce autem longe turbata apparet imago
 Ingentis monstri, ac veluti sub rupe Leonem

A VSTRIADOS

Frondiferae nemees, nodoso robore fretus
 Aspexit primum Alcides, & creuit vtrinque
 Pugnandi rabies, cauda saxa aspera pulsat
 Alter, & Argolicas longum mugire Cleonas,
 Atque Ioui sacrum credas Apesanta moueri,
 Amphitrioniades mota ferit aera claua,
 Perlustratque oculis, qua parte haud irrita dextra
 Vulnus agat, sic Caesar erat, sic horrida monstro
 Effigies, feruetque oculis ardentibus ira.

Ventum est ad pugnam, laxat bipatientibus ora
 Faucibus Orthigena, & dictu, visuque tremendum,
 Ore vomit saniem, semesaque membra virorum
 Eructat per inane, & verberat aera tabo.
 Stat Caesar contra, quid enim tremefecerit illum?
 Intenditque animum, veluti cum Delius ardens
 Prostrauit calidis luteum Pythona sagittis.
 Nec mora dum patulo monstrum crudescit hiatus,
 Impatiensque sui per vulnera corruit, olli
 Transabit costas Caesar mucrone corusco.
 Protinus infecta est effuso sanguine tellus.
 Contra Ira indignans, gemitum sub nubila tollit
 Horrendum, quo scena ominis, nemora, inuia lustra
 Sylvarum, & motae longum intonuere cauernae.
 Nescit stare loco furor igneus, obuia caedi
 Fit monstro rabies maior, gaudetque periclo.
 Atque vt in Hercyniis certantem Iaziga lucis
 Accipimus, contraque ferum saeuire bifontem
 Cornibus, ille arcu impavidus, teloque corusco
 Ingentes harmos transuerberat, & latus haurit,
 Ingemit horrendum pestis, toruumque minatur,

LIBER SECVNDVS.

Vicinæq; tremunt impactis cornibus vmbrae.
 Sic ferus instabat Cæsar, nixusq; cruento
 Urgebat mucrone feram, & villosa lacessit
 Tergora, iam cedens modo non, vt sanguinis atri
 Debile profluuiò paulum certamina Cæsar
 Decertare videt, meditata q; voluere monstrum
 Effugia ad montes, scopulosq; tendere in antra.
 At non hoc telum, stillans impune cruore
 Rex ait, effugies, al tumq; insurgit in ensem
 Extemplo, & mediam ferit inter tēpora frontem,
 Partiturq; immane caput, ruit ardua moles
 Cum gemitu, & vasto tremuit sub pondere tellus.
 Sternitur horrendum visu, sparsoq; cerebro
 Sæuit adhuc, oculisq; ferox pallentibus horret,
 Nequicq; eluctans, tandem indignantiã soluit
 Membra ania, & moriēs sub tartara monstra reuisit
 Centauros, Orthumq; canem, Scyllasq; bifformes,
 Interea Austriades spoliis, & cede recenti
 Arduus incedit, sequitur vestigia Langus
 Illius pone, & dextram vix flumine viuo
 Abluerat, Subito cum se coram obtulit vltro
 Dissimulata Deam, præstanti Delia vultu.
 Osq; habitumq; gerens, qualē gerit illa, vbi Cynthi
 Venatrix gelidos sylvarum indagine lucos
 Circuit, & ceruos telis agit, omnia vultus
 Mortalis, roseoq; fluunt a vertice crines.
 Postq; congressi, tunc rex prior. Eya age, nun quem
 Vidisti socium, ingenti clamore frementem
 Nympha per hos saltus: voces te audisse per vmbas
 Crediderim, & certe, ni me tua fallit imago,

AVSTRIADOS

Auguror esse Deam, namq; his persæpe soletis
 Vos Dryades, sacræq; in montibus esse Napæ.
 Quis es, Alma faue, & dextri pedis ominia firma.
 Talibus affatur dictis, Contra illa vicissim
 Incipit. Audiui longe, iamq; omne resultat
 Alpinum clamore Nemus, densa agmina ab altis
 Decurrere iugis, & valle feruntur aperta.
 Et ne tantopere fallaris imagine nostra,
 Nympha ego sum nemorū, dexter tibi Iuppiter adsit,
 Sed tu qui tandem, nam te genus esse Deorum
 Credidi, vt aspexi vultus, & fortia bello
 Pectora, tunc breuiter sic Rex placido ore profatur.

Ille ego sum Cæsar magno de sanguine cretus
 Austriadum, pugnaq; mihi Germania seruit,
 Sarmaticis vicina plagis, quam Cymbrica frangit
 Vnda, arctantq; Alpes, & duplex Gallia claudit.
 Præterea huc quæ me fors attulit, accipe paucis.
 Monstrum infandum atrox, & formidabile terris
 Irruere hos solitum montes, & pascua lata,
 Cunctaq; ab umbriferis armenta expellere syluis.
 Hac animam effudit dextra, iacet horrida labes,
 Et scelus inuisum mortalibus, & sacris Diis.
 Quare agite, o Nymphæ nemorū, Fauniq; bicornes,
 Et Syluane parens, & agrestis Numina Panes,
 Tuq; caput fluij, sacra taq; fontis origo
 Magnorum sedes Diuum, si præmia tantus
 Promeruit labor, & polluta sede remoui
 Infandam pestem, & monstrum exitiale peremi.
 Oro fauete omnes, dabitur si cernere ferro
 Phalsgraphidem contra, vetitasq; reposcere terras.

LIBER SECUNDVS.

Excipit hæc Phœbe, quondam si rite recordor,
 Quod memoras Bellum, & Regni mauortia facta,
 Fatidica in syluis solita est prædicere Thespis.
 Centum annos vixisse ferunt, centum ora, Deorum
 Munere, cui data suat, nam cum furor intus anhelās
 Spiritibus titubare sacris, audire tonantem
 Fas erat, hanc syluam, circumq; tremiscere montes,
 Multa super bello dixit, semperq; canebat
 Te fore victorem, domitisq; ex hostibus, alta
 Signa relaturum, & te quantum viribus audes
 Haud ignorabit, gens cultu asperrima, & armis
 Boica, Reginum cum sanguine polluet Ister
 Infectus, riuicq; fluent e monte cruoris.
 Hinc Copestigenas victos, magnumq; canebat
 Martis opus, tumefactasq; Aeni cladibus vndas.
 Interea exanimis lachrymas, longumq; trahebat
 Cum gemitu voces, meminiqu; audire querentem.
 Et verbis culpate Deos, heu perfida fata
 Heu crudele nefas, toti iuuenilibus annis,
 Eripiere orbi, Regum recidiua propago,
 Cuius erit terra tumulatum corpus Ibera,
 Tu ne cede malis, perstant immota, suumq;
 Fata tenent cursum, nam te post tanta tuorum
 Funera, post curas domitas, victosq; labores
 Excipiet gremio victorem Oenotria tellus,
 Romanas arces, populos, Latiumq; videbis
 Armipotens, & iura dabis, gentemq; togatam
 Restitues, & eris sacra queq; Iuppiter arce,
 Ne tamen incassum labantur tempora fando,
 Eya age dic nobis, repetens ab origine bellum,

Pugnā Bo-
 emicam in-
 telligit ad
 Ratisponā.

Vaticiniū
 de aduentu
 Cæs. in Ita-
 liam.

A V S T R I A D O S

Tunc Rex Austriades suspiria pectore ab imo
 Alta trahens, inquit, Diſ talem auertite caſum
 Cælicolę, ſeruate domum, ſeruate Nepotes
 Ad mundi imperium, Mors ſi interruperit annos.
 Et ſpes concepta, & magnorum exordia rerum
 Nequicęq; extiterint, Belli eſt iniuria longa.
 Sunt longę ambages, ſi te tamen ardor habendi
 Hęc mouet, incipiam, cauſaſq; ab origine pandam.

Norica regna tuas, ſi caſu venit ad aures
 Nomen, foeta viris tellus, & diuite Gleba,
 Narrantur variis quondam poſſeſſa colonis.
 Primus enim ante alios ſibi Noricus incola terras
 Aſciuit vacuas, & adhuc veſtigia ſeruant,
 Vt memorant patres, & gentis origine gaudent.
 Vde olim quę nulla manet quęq; Noria dicta eſt.
 Romulidum interea fugiens victricia ſigna
 Gens armis, opibusq; potens, atq; horrida bello,
 Deſeruere Padi campos, oramq; togatam.
 Hos memorant Boios, qui qua fluit alpibus Aenos
 Incoluere ſolum, tranſq; Iſtri flumina vectis,
 Fertur in Hercynio creuiſſe Boemia luco.
 Iamq; aucti, & fama per Norica rura potentes,
 Sceptra diu tenuere loci, fluit vnde ſuperbum
 Et genus, & proles, & fortia pectora bello
 Boiugenũ Heroum, treisq; alto a ſanguine creti
 Imperium rexere duces, ſine prole reſceſſit
 Primus, & hunc Stephanon dixere, ſuiq; reliquit
 Hæredes regni fratres, quorum ædidiſt alter
 Heurycon, huic Natus regno ſucceſſit, ab illo
 Diues opum, atq; auri, claruſq; Georgiuſ armis

LIBER SECUNDVS.

Iurā capit sceptri, pulchram qui coniuge prolem
 Subtulit, hæc iuueni materno sanguine iuncto
 Nubit, & hinc regnat Boiorum in sede Robertus.
 At magnū armipotens Hernestona procreat alter
 Hic te Alberte senex, ex te tua maxima proles
 Aeditur, & quamuis delapsū sanguine ab vno
 Partitū genus, & sedem discreuerit ætas,
 Noriciam hic gentem, regnumq; reposcit auitum
 Impatiens patriis, q̄ fœmina regnet in aruis.
 Tantæ ergo ad nostras orientia iurgia litis
 Cum delata forent aures, placare furorem
 Institui, curamq; mihi, sceptrumq; volentes
 Commiscere duces, regnoq; vt cederet alter,
 Et genus, & leges, & auorum elapsa propago
 Compulit indignans, fas omne abrumpit, & armis
 Inuadit cunctos, atq; occupat arua Robertus,
 Dotalesq; vrbes, & connubialia regna,
 Quæ iusta imperij, & stirpis ditione potenti
 Alberto obueniunt, sceptriq; hærede repulso,
 Et nostri contemptor habet, dominusq; per alta
 Oppida deuectus populis dat iura subactis,
 Sed quid ego has voluo, memorās ab origine causas?
 Quamq; animos aliæ nostros antiquitus vrgent,
 Regnandi furor hinc, & pugnæ immensa cupido
 Mentibus illapsa est, iam dudum intelligis vnde
 Principium extiterit belli, nec plura loquentis,
 Effulsit Diana oculis, Diuamq; fateri
 Se voluit coram, subitoq; euasit ad auras
 Sublimis, quacunq; meat micat orbita, qualis
 Esse solet mundo cum sydera lapsa relinquunt.

D

Albertū intelligit qui iure sanguinitatis, quia in linea Georgij mares defecerāt re poscebat Auitū regnū.

Tacet ex industria alias odij Cæsari ani causas ne Palatios lædat, quos toto in opere mirifice extollit.

AVSTRIADOS

Immensi splendoris iter, tunc Cæsar adorans
 Numen ait, te sancta sequor, quęcunq; Dearum
 O ad sis tandem, fortunasq; aspice nostras.

Dixit, & ad socios reditum parat, in uia transit
 Sylvarum, nemorumq;, & opaca silentia, gressum
 Inde rapit celerem, qua prominet horrida casu
 Præcipiti rupes, altoq; asperrima caute
 Confurgunt pinnae ingentes, & nubila tranant
 Culmina saxorum, victor tamen ardua Cæsar
 Exuperat montis, summoq; in vertice sidit.

Alludit ad
 dexteritatē
 Cæsaris in
 ascendēdo
 mōtes ubi
 dominicā
 crucem ab
 fixit.

Atq; vt tantorum viuant monumenta laborum,
 Signa triumphato fixit cœlestia saxo.
 His cornu exactis violentius astrepit vnco,
 Heroasq; ciet, sociosq; per auia syluæ
 Sollicitos, sonitusq; vt eorum perculit aures
 Conuenere omnes, regem cernuntq;, pauentq;,
 Intenduntq; aciem, & replent clamoribus auras,
 Quisq; timet molem immensam, & labentia ab alto
 Saxa iugo, ne prona ruat tutela, salusq;
 Orbis, & arctoum cœlum sibi vendicet astrum,
 Tunc rex vt vidit trepidantem a culmine turbam,
 Impauidus prætentat iter, nec hiantia quicq;
 Saxa timet, volat inferius, stat pendula pubes
 Pastorum, montisq; ima in radice moratur.
 Rex aderat tandem, fluit vndiq; turba, nemusq;
 Consonat, & strepitu syluæ, collesq; reclamant.
 Vt paulum sedati animi, vocesq; remisse,
 Incipit effari Cæsar, remq; ordine pandit.
 Scilicet vt monstro concurrerit, atq; cruentis
 Obruerit telis, & valle reliquerit ima,

LIBER SECUNDVS.

Ingentem eructans animam, sic omnia Cæsar
 Narrat, & exertum feruenti cede madentem
 Mucronem ostentat, iam læti rebus ad urbem
 Se referunt, plauduntq; omnes, crebra intonat æther
 Voce hominū, strepit omnis ager, longeq; resultat
 Aenoum littus, rex hasta insignis & ense
 Ibat ouans, iuxtaq; duces squallentibus armis
 Vrgent aripedum spumantibus ora lupatis.

Nec mora pastores, qua victū est Cæsare monstrū
 Festini trepidant, aras, ludosq; quotannis
 Instituunt, vbi sacra Ioui solennia læti
 Victori celebrant, magnoq; vt prisca vetustas
 Alcida, relinuntq; cados, ductantq; Choræas
 Intonsi iuuenes, pueri, innuptaq; puellæ,
 Ausriadae laudem, & lætum pæana canentes.

At rex Augustam propere dum tendit ad urbem
 Multa super bello secum, placet ire per hostes,
 Ablatasq; vrbes, gentesq; reposcere ferro
 Imperio arreptas, pietas tamen alta refringit.
 Ardentes animos, & corda furentia Marte,
 Ante oculos etenim videt arma, virosq; nefandis
 Cedibus infectos, patrioq; in sanguine tinctam
 Arctoam gentem, varioq; examine rerum
 Multa animo voluit, propriasq; q; esse videbat
 Infontes causas, bella hæc, bella inquit, agamus.
 Intrepidicq; iubente Deo, in media arma ruamus.
 Illa dies aderit, qua nostro Marte Robertum
 Expulsum regno, mecum certasse pigebit,
 Hæc secum, tacitasq; premit sub pectore curas.

Iamq; propinquabant vrbi, volat obuia pubes

D ij

AVSTRIADOS

Vindelica, ardentem pueri, matresq; Licæ
 Vndiq; concurrunt, tandem stipante caterua
 Excipiunt regem, lætiq; ad limina ducunt
 Primores patrum, proceresq; ducesq; sequuntur.

Stat domus excelsa, & sublimibus alta columnis
 Ad cœlum porrecta caput, foribusq; superbis
 Aerati strident postes, laquearia fulgent
 Auratis trabibus, squallet par omnis in auro,
 Belgicæq; intonsis pendent aulæa Britannis.

Rex ipse interea sublimem ascendit in arcem,
 Prospectumq; oculis lustrat, populosq; iacentes,
 Incultumq; solum, cererem nec amantia prata.
 Siue q; est illis curæ minus arua colendo,
 Frangere humû, & semen sub tristibus abdere sulcis?
 Siue q; infaustum glaciali sydere cœlum
 Vrit arenosas terras, alimenta q; secum
 Abstrahit, & sterilis depascitur arua coloni,
 Illic nulla seges, nec præla liquentia Baccho
 Cernuntur, tantum vacuis armenta videres
 Errare in pratis, gelidoq; in flumine mergi,
 Cum feruens calidum comburit Syrius æquor.
 Respicit & late fluuios, Vindamq; Licumq;
 Miscentes vndas, & nomina littoris, vnde
 Antiquã gentem, populumq; urbemq; vocarunt
 Vindelicam, atq; etiam sic dicta Licatia tellus.

Interea occiduo fessis properabat olympo
 Phœbus equis, pallensq; polo subduxerat vmbra,
 Instituunt de more dapes, & fercula promunt,
 Regiaq; exornant positis conuiuia mensis.
 Hi cura ingenti nitidis laquearibus aureos

LIBER SECUNDVS.

Suspendunt Lychnos, atq; igne micante tenebras
 Discutiunt noctis, lucent alta atria flammis.
 Hi cererem expediunt, hic Cymbia lacte madenti
 Depromit, famulisq; tonant cursantibus ædes,
 Regificoq; ardent luxu, Carchesia Baccho
 Spumant, & late vasorum argenteus ordo
 Instruitur, puroq; auro memoranda suppellex.

Iamq; aderat Cæsar, squamantem grandibus auro
 Vestem humeris aptat, Tyrioq; recumbit in Ostro.
 Astrifero qualem accipimus considerare magnum
 Axe Iouem, & sacra libantem pocula dextra.
 Ornatiq; sedent proceres, mensisq; recumbunt,
 Indulgentq; mero, nec non de more vetusto
 Sollici tant epulas dono spumantis Iacchi,
 Inq; vicemq; potant omnes, nullumq; putabant
 Lætitiâ maiore diem, moremque secuti
 Dulcibus irrorant mensis bona vina volentes
 Quæ Rhenus, Nicerusq; vehit, quæq; ardua Treuir
 Nutrit, vbi placidi surgunt vineta Mosellæ.

Aeneadum interea sapiens Orator ab arce
 Venerat, atq; thoro regis confederat alto.
 Et stupet, & pompas oculis titubantibus haurit,
 Hic Marianus erat, quem thusco vertice fudit
 Sublimis, Perusina domus, quam Lydius amnis
 Astrepit, atq; vlllo lacus indelebilis æuo
 Attollis Thrasymene caput, ripamq; vetustas
 Faunigenam memorat tenuisse antiquitus Aunum,
 Hæc patria est olli, nobisq; & sanguine ab vno
 Aedimur, ille tamen virtute insignis ad astra
 Euolat, & celso pulsat iam vertice olympum,

D iij

Mariâi Bar
 tholini lau
 des, qui an
 tequâ opus
 cõpleretur,
 obiit, nec
 mutâda cen
 suit, quæ in
 optimi uiri
 memoriâ
 cecinerat
 Poeta.

AVSTRIADOS

Nascenti Lucina diem foelicibus horis
 Concinit, arrisere Dei, sortesq; locuta,
 Et Dodonæas pulsauit virgalebetas,
 Nec tacuit de te Vates Aminonidos aræ
 Vera loqui, & vitæ Deus incrementa profari,
 Effudisse tibi nascenti carmina Delphos,
 Assyriamq; vmbri pepigisse silentibus astra
 Iam lata, & Memphin cœli secreta mouentem.
 Nec non Carpathio Vatem cecinisse sub antro
 Crediderim, & toto patefacta oracula mundo.
 Nam simul ac luci te prodidit Ilithyia
 Infantem, gremio suscepit Pallas Athenæ,
 Inde ad Erechthæas secum te transtulit arces,
 Instruxitq; animos faciles, infantiaq; ora
 Finxit, & æthereus solio pater annuit alto.
 Salue cura Deum, salue non digna fileri
 Progenies? quid sancta canam primordia pubis,
 Aetatisq; decus? tantarum euoluere rerum
 Nequicq; enitor cumulos, namq; acta putantes
 Obruimur, laudumq; ingens iam panditur æquor.
 Hinc stimulat pietas, hinc & sollertia iuris.
 Hinc iusti sincerus amor, venerabilis omni
 Parte sui, quacumq; meat subridet eunti
 Tellus, & subitos ponunt freta concita ventos,
 Celsaq; placato fugiunt caua nubila cœlo.
 Hunc olim gelidis Pannon suscepit in oris
 Iura ministrantem populis, hunc Eya age fandum,
 Quantum Germanæ gentes venerentur, adorent.
 Vt primum Aethereas transcendens attingit alpes,
 Labentisq; Oeni fluctus, grauidamq; metallo

LIBER SECVNDVS.

Tellurem, sensit faustum germanica pubes
 Illius aduentum, currunt de montibus altis
 Agricolæ, & totam circundant murmure vallem.
 Donec Vindelica haud longe expectatus ab vrbe,
 Clarorumq; ducum, primorumq; agmine magno
 Suscipitur, quantum egregio decus enitet ore
 Mirantur cuncti, & coram vt data rege facultas
 Dicendi, siluere poli, nidosq; reliquit
 Ales vt audiret, mediaq; pependit in æthra.
 Et matutinos firmarunt sydera cursus
 Dulcibus hic verbis, tanta est facundia linguæ,
 Tenarios domito Manes placaret Auerno,
 Aoniasq; iterum posset componere Thebas,
 Hac maiore Deo, maioreq; digna camœna
 Ordimur, seu nubigeras mens ire per alpes,
 Calcatasq; niues, ingentiq; obsita bruma
 Regna canam, seu quos populos inuisit & vrbes,
 Danubiique alto quos pertulit amne labores;
 Hac dum magna loquor, retro maiora supersunt,
 Quæ si cuncta sequi prætentem, Pelio Ossan
 Ocyus imponam, Cumæaq; tempora norim.
 Huius enim mores crinem flectente Sueuo
 Teste canam, nouit vitam ferus incola syluæ
 Bructerus Hercyniæ, lataq; palude Sycamber
 Cinctus, & ad famam vastis saxones ab oris
 Deseruere Albin, sylvarumq; inuia Franci.
 Quid Morinos dicam? Belgas? quid littore magno
 Oceani errantes populos? tibi munera Treuir
 Obtulit, & lato vicina Colonia Rheno
 Condignas cecinit laudes, & honoribus auxit.

AVSTRIADOS

Viue, vale, o nostris semper memorande camenis.

Hactenus hæc placido Cæsar germanice vultu
Accipe, nunc acies, & bella horrentia Martis
Prosequimur maiore chely, & tua pandimus arma.

F I N I S.

LIBRI TERTII ARGUMENTVM.

Postq̄ exempta fames Enypeus cantor bellum Byzantiacum canit, atq̄ in primis de origine Thurcarum. De Furiis, atq̄ Pharnacis umbra, quæ Thurcas stimularūt ad suscipiēda arma. sequitur Cathalogus Scythicarū gentiū Asiæ, et Europæ. Cunctq̄ circa Mœotim paludem conuenissent, tres habitæ orationes sunt. In de celerrima Thurcarum Byzantium uersus nauigatio describitur, repentinaq̄ oppidi obsidio, et pugna. Interim Apollo suæ urbis misertus, cuius etiam origo recensetur, ante Iouem conqueritur. Cui Iuppiter prædicit futurum Thurcarū imperium. obiterq̄ Triptolemi, Lynciq̄ fabula narratur. unde Ceres cum Scythas odio prosequeretur, Regem Bizanti, de futura clade in somnis admonet. nec mora, urbs & incendio, & armis superatur, ac duorum militum in pugnando laudes describuntur. Rex a Salmoneo obruncatur. exitus hic urbis. Inde oppidorum, insularumq̄ enumeratio, quas post Thurcæ occupauerunt. sequitur ipsius Cytharedi hortatio contra Thurcas. Cæsariscq̄ oratio qua demonstrat prius pacandam patriam. deinde arma in Thurcas sumenda esse.

AVSTRIADOS LIBER III.



Ostquam exempta fames, mensiscq̄ miscantibus auro (ta demum
Instauratus honos, fronti q̄ est reddi
Lætitiâ, et Bacchi laxarūt munera mētes.

Personat aurata testudine pulcher Enypheus,
Non canit errantem Lunam, non furta tonantis,
Nec iam vulgatos electræ Atlantidos ignes

LIBER TERTIVS

Scilicet vt magno certus Ioue Dardanus, isq;
 Aedit Eryctoniū, nec Caucason, vnde Promethei est.
 Fabula, Cyrrhæo flammam rapiantis ab axe,
 Parrhasiam sed enim gentem, pontumq; niualem,
 Armatosq; Asiæ populosq; Turcasq; canebat
 Horribiles bello, atq; alto sic incipit ore.

Qua Boreas gelidis Scythiamq; diuerberat alis,
 Perpetuiq; ruunt imbres, & lubricus anguis
 Armata torquet nymbis argentibus arcton,
 Ryphæi insurgunt montes, niuibusq; sub altis
 Horrescunt scopuli ingentes, vallesq; profundæ
 Perpetuas densa ducunt caligine noctes.
 Immanis regio Mœotidas aspicit vndas,
 Hanc habitant circum gentes, populiq; paludem
 Innumeri, matrem vndarum qua littora Ponti
 Nunc Asiam curuis vrgent anfractibus, & nunc
 Europam, et Scythicum cursu flectuntur in arcum
 Nauigat obscuras vbi Tauricus accola fauces,
 Allatratq; vndis littus spumantibus Ister,
 Et Septingeminus Peuces ferit æquora Nymphæ,
 Cycladas hinc sparsas in fluctibus astrepit Aegon,
 Totaq; ad Herculeas vrgens agit æquora meras.
 Qua breuis oceano patet exitus Atlantæo,
 Gurgiteq; immenso vastarum ambitur aquarum
 Orbis, & effuso circum, iacet insula Ponto.
 Ergo has desertis Arabum de finibus acti
 Turcæ olim coluer e plagas, Tanaimq; bicornem
 Venari sueti, raptasq; auertere prædas,
 Barbaraq; incultis Magalia figere syluis,
 Illic nulla seges, crescentia frigus adurit

Pontici mar-
 ris cursus ad
 Gades non
 reciprocus.

E

AVSTRIADOS

Gramina, & arentes glaciālem perdere brumam
 Herbarum vires certum est, vnde aspera quaq;
 Vertaris regio est, hinc extera querere regna
 Impulit atra fames, alienaq; littora, & imas
 Scrutari gentes, longeq; inquirere bello
 Decantatam Asiam, & spumantibus æquora remis
 Diuitis Europæ, nostrumq; lacessere mundum,
 Errantes Scythiæ populos, it fama repente,
 Concordesq; acuit mentes stygialis Erycto.

Damnata (vt perhibent) antiqui Pharnacis vmbra,
 At simul accepit Rypheo a vertice bellum
 Europam contra, atq; Asiam ruere, omnia miscens
 Hydrigeras magnæ famulas Iunonis auernæ,
 Qua specus Herculeis Acherusia panditur antris,
 Impulit ad Tanaim, atq; vnde Mœotidos oram,
 Vtq; altos tetigit montes, atq; horrida bruma
 Æquora camporum, furiarum infecta veneno
 Corda virū, stimulatq; fames, gens Barbara nostræ
 Conuenit exitio Europæ, memorare potestis
 Musæ olympiades, quanto ruit agmine tellus
 Infida, & populos Scythia quos armauerit olim.

Argolicam in primis Tanaim Mœotide ripa
 Effundit belli rabies, gelida alta palude
 Vrgetur patriis Borealibus insula ventis,
 Rhombitiæ sulcantur aquæ, totamq; Tyrambem
 Exagitat furor, & trepidos impellit Oranos.
 Nec non Cepæi, portusq; ad littora Sindi
 Tela vehunt læti, totamq; Apaturon in armis
 Cernere erat, Venerēq; sacro struere agmina fano,
 Vnde Gygantæo Tirynthius antra cruore

LIBER TERTIVS

Tingens, Argolicas remeavit victor ad vrbes,
 Quosq; Calystonij spumans ferit vnda Lagoi,
 Dein Zigij, Valiq; & pexo vertice Seres,
 Sarmataq; & magico pugnans stridore Cohatra
 Fama exarmantur belli, Tanainq; colentes
 Iaxamate, & fuso gaudentes sanguine Cottæ.
 Mouit & Argolicos bellorum rumor Achaos,
 Cercetiosq; acres, & duro Marte Laonas
 Hemocos, cymbaq; fretum secat aspera Tazos,
 Littora mythratos fuderunt Colcha maniplos,
 Linigerumq; genus, Phariosq; furentia sistro
 Agmina bellantum, nec vertice defuit alto
 Caucasus, & rigidas armauit Iberia turmas.
 Et niueum Albanus sulcauit Alazona miles
 Nocte magis q̄ luce videns, canibusq; superbis
 Insultat pugnae, & crudo vorat agmina morsu.
 Et quos inflexa Scythicus sinus abluuit vnda
 Aequoris Hyrcani, Nomadesq; & pellibus hirti
 Sauromatae, & pictis pugnator Paëticus armis
 Hinc & Moschus atrox, curuisq; imposta Trapezus
 Littoribus, Calybumq; furor, qua Pontus & æther
 Gente sonat, reboant montes, vt forcipe massa
 Voluitur, & vastis resonant incudibus æra.
 Inde Genetæi rupes tetigere tonantis
 Rumores belli, motus Zaberenus, & antro
 Umbrifero Phyliræ, & sparsis Byzares in agris.
 Non tot habet frondes Othrys, non collis Hymetti
 Tot flores, tellusq; Arabum tot mittit odores,
 Quot veniunt ad bella viri, nouus impulit ardor
 Mossinæcosq; & sudibus Macronas obuistis,

E ij

AVSTRIADOS

Armataq; cohors vibrabat Amazone peltas,
 Thermodontiaca præformidanda securi,
 Quosq; iris, quos potus Halys celer alluit undis,
 Nota olim vt perhibent, sitiенти littora Mædo,
 Atq; vmbra in pelagus curuam deflexa Synope
 Quos alit, armantur, pedites liquere Cimolin,
 Et gens aeream Teuthrana Carambida vidit
 Commotam, & trepidum buxo pallente Cytorum.
 Vnde ruens pugnae sua spicula vellit Amastris,
 Ponticaq; obscuro linit Heraclea veneno,
 Nigra inter scopulos gignens Aconita sagittas.
 Accola Callichori remeans vbi corniger Indo
 Bacchus Pampineis ornauit tempora vittis,
 Lauit & eo madefactos sanguine Thyrsos.
 Martem inhiat, vel qui Byzantia mœnia contra
 Exarsere odio, sceptrumq; odere Tyranni
 Vulgus hebes, dominoq; nouo parere parabant
 Instabiles populi, sic nos contraria semper
 Fata trahunt, & clade noua letamur, & armis,
 Nec contenta manent vno sub principe regna,
 Sed mutare vices, cupiuntq;, cupitaq; damnant
 Sape, nec euentu mens vlla quiescit in vno.
 Quippe nouum iuuit demens Europa furorem,
 Esse donu in caput arma manus, gaudetq; parentum
 Funere, quicq; Bycem curuam cinxere paludem.
 Iamq; Agathyrfae temnunt sua plaustra cohortes,
 Et relinquunt rapidi pecuaria nota Satarchæ.
 Quosq; Thoantæe populos vocat ara Dianæ
 Ad caedem, & tinctos humano sanguine cultros,
 Subsidió traxere duces, Hypanimq; bibentes

LIBER TERTIVS

Ante Examphæo dulces quæ misceat vndas,
 Mox & Echidneam misit gens barbara prolem,
 Agmina quæ ærisonus Scytha formidantia thauros,
 Nec vos Axiacæ, Brachata quæ turba silenda es
 Sarmatiæ, in quæ lupos vertentes corpora Neuri.
 Et iam Carcinites centum sinus ingemit alnis,
 Spumea quæ horrentes spargunt in æquora Taphræ.
 Mille etiam populi veniunt, mille agmina passim
 Armatorum hominum Mœotia littora circum
 Cernere erat, multæ quæ ruunt sine nomine gentes:
 Non secus ac placidi remeat cum temporis aura,
 Trans pontum glomerantur aues, atque agmine denso
 Perturbant terras, & pennis aera verrunt,
 Armati stabant proceres, cunctique fremebant,
 Et cupiunt Asiam quæ primum inuadere bello,
 Europæ quæ imos tumefacta per æquora pontus
 Querere, & Argolicis Tanain ditare triumphis.
 Tunc Methydes, Peryphas, trepidantis ductor Alani,
 Corpore qui magnum Cyclopem, altumque Typhoea
 Vincit, & eloquio par est, sed viribus impar
 Plus lingua, quæ Marte valet, spectanda furenti
 Lumina subiecit vulgo, paulumque moratus
 Incipit affari populos, ac talia promit.

Bellum ingens proceres, & magna paramus, euntes
 Ad gentes Asiæ, Europamque lacessere Martis
 Ignavi, haud opus est freta si tentabimus, alto
 Cyaneæ occurrent pelago, totumque moueri
 Credideris Pontum, & saxis concurrere saxa,
 Vnde per errantes fluctus vix vlla superstes
 Nauis agit remos, medio properanda recursum est

Oratio qua
 persuadetur
 bellum sus-
 sciendum
 non esse.

AVSTRIADOS

Ipsa fuga, & montes vitandi, vndaq; ruentes,
 Fluctuagos quanq; nobis superare furores
 Concessum superis, prope magni adnare necesse est
 Littora Byzanti, rex ipse tremendus in arctis
 Faucibus obstabit, totaq; propontide contra
 Excubit populos, timeo Thracum arma, suumq;
 Bosphoron, & gentes fluctu quas perluit Aegos,
 Naufraga vbi mediis iacet Attica puppis in vndis,
 Transtraq; cum remis subter vada ceca feruntur.
 Fingo fretum pateat, nulloq; premamur ab hoste,
 Vela quis imponet ratibus? quis gnarus aquarum,
 Turbatiq; falis scopulos vitabit opertos?
 Quis flantem Boream? quis noscet idonea puppi
 Tempora? quis placidis committere lintea ventis?
 Quis furor o proceres? quae fors temeraria belli
 Sollicitat mentes? Ignota petuntur, & armis
 Foeta virum tellus, atrox ruet agmine Leuon,
 Et dacum manus, & crinito vertice Mæsus
 Pannon, & inculto propior male Sarmata Mosco,
 Quotq; vndis populos Germanicus alluit Ilter.
 Ergo si patriæ pietas tenet vlla, furorem
 Pellite, & externi flammam compescite Martis,
 Si tamen hic animas effundere vultis, eamus
 Per mare, per terras adsum, meme ipse, meumq;
 Obiiciam caput, & dicar comes vnus in armis
 Indecoris non esse animi, sic talia fatus,
 Spem vultu simulat, circum pavor in tus anhelans
 Corda quatit, rabies decreuerat effera cunctis,
 Pugnandiq; ablatu amor, sic Pontus, vt vnda
 Exeris os, mulcesq; Deos Neptune marinos,

Propter cla-
 dem a Sar-
 matis mo-
 schis illatâ
 dicit.

LIBER TERTIVS.

Et ponit fluctus, & tempestate remota
 Taurominitanum Siculus mare nauita tranat.
 Venerat interea Polemo longeuus, Ibero
 Matre fatus, genuit cuius vetus Acra parentem,
 Sed sua Myrmecio traduxit tempora pago
 Extorris patria, huic nullum virtute, vel armis
 Consiliove parem Scythicas regnasse per oras
 Commemorant, postq̄ siluere, hic aggere ab alto
 Linigerum caput ostentans, his vocibus hincit.
 Non ego tantarum socij molimine rerum
 Sollicitor, maneat vobis modo vita superstes,
 Ibitis in clades Asiae, mihi fortior aetas
 Hac foret o vtinam, primosve referrer ad annos
 Cum fregi Albanos, pepulicq̄ e monte Thoonas
 Caucaseo, & vetitas spoliaui milite portas.
 Sed vitae pars lapsa mea est, quodq̄ abstulit aetas
 Roboris, ingenio sollers natura rependet.
 Ergo si qua fides senio prebetur, & annis,
 Audite haec proceres, stat Cheronesus ab alto
 Circumfusa freto quo templum, arasq̄ cruentas
 Virgineae statueret Deae, cui dirus in antro
 Fatidico Vates litat, atq̄ arcana sub auras.
 Quae sunt, quae fuerint, quae sunt ventura canebat
 Vt recolo, cum Martis amor, temereq̄ iuuenta
 Me rapuit bello, & crudelibus impulit armis.
 Quare si Martis mens est cognoscere finem,
 An fuit hoc nobis bellum exitiale cauendum,
 Mittite Partheniae scitatum oracula Diuae,
 Mittite & ad Danaei templum memorabile Achillis,
 Vel qua Phrygae gens Colcha horrenda fatigat

E iij

Oratio sancta, qua deorum consilio utendum persuadetur.

AVSTRIADOS

Carmina Leucothoes, sacramve requirite Lunam,
 Albanæ numen gentis, quo montibus errat
 Afflati, & trepidos miratur Iberia Vates.
 Quicq; magis furit, & maiore impellitur œstro,
 Is facer, & sacra deuinctum membra cathena
 Relligio, Diuæ maclandum destinat aræ
 Indigenæ, hinc simul atq; exhausta piacula ritus
 In dubiis responsa petunt, quæ numina diuum
 Annuerint, eadem nobis peragenda sequamur.
 Si spem suppeditant superi, & sperare triumphos
 Promittunt, capite arma citi, & vexilla volentes
 Tollite, & in pelagus læti compellite naues.
 At si nos contra Vates arcana mouebunt
 Inuisos superis, quid frustra littus arandum
 Classibus, atq; inter Symplegadas æquore mergi.
 Cur Scythiam patimur? fatius nos condere terris
 Pauperibus, propriosq; lares, atq; antra tueri,
 Quæ diuis cepto auersis, & numine læuo
 Classe peregrinas, belloq; laceffere terras.
 Plura adnectentem vox deficit, ortaq; vulgo
 Seditio est, alij infectis decedere rebus
 Consulere, & placitam vitæ captare quietem,
 Secretas alij Diuorum exquirere mentes
 Solliciti, verum ij quorum sententia bello
 Scrutandi Europam, pacem damnare, Deosq;
 Temnere, & innumeras secum compellere gentes.
 Vt siluere omnes, se tunc Othomanius Orchas
 Androphagum de gente satus, coram obtulit vltro,
 Spectandum cunctis, furibundoq; ore minatur,
 Indignis Scythiæ populis, ite ite per altas

Oratio ter-
 tia indigna-
 tiōis plena,
 qua animi
 non persua-
 dentur mo-
 do, sed im-
 pelluntur.

LIBER TERTIVS.

Assuetasq; niues, & vos ignobilis æui
 Viuite degeneres inquit, quis nesciat olim
 A nobis mortale genus, gentesq; renatas,
 Et prolem exhausto dignam subcrescere mundo,
 Vnde olim Ianum, (ceu prodidit alta vetustas)
 Trans Hellen, scopulosq; & saxa minantia Ponti
 Italiam petiisse ferunt, vos terror ab vndis
 Sulcatis toties remouet, regemq; timetis,
 Angustumq; fretum, quid enim dementius illo?
 Vela quis imponet ratibus? quid perdita iactas
 Verba miser Perypha? populosq; in pace reponis?
 Primus Anacharsis Ryphea ab origine cretus,
 Perdoctus firmare rates, & verrere Pontum,
 Commotasq; salo teneat velut anchora puppes.
 Primus & æs conflare nouum Scytha Lydus, & arcum,
 Et pharetras, magno natus Ioue prodidit infans.
 Nun periere artes? nobisq; ablata facultas
 Infandum pelagus vetitis accedere velis?
 Est Bryomas, magnusq; Gyges, Glaucusq; Thoasq;
 Quemq; tulit terris memoratum Armozica Nereus.
 Gnari omnes sulcare fretum, & con texere naues.
 Saxaq; & horrifonos soliti cognoscere ventos,
 Quod Polemo suadet, senio confectus & annis,
 Scrutari diuum mentes, hæc futilis ætas
 Ista iubet, tempusq; teri in discrimine mauult,
 Q; peragi bello, & quantum olim Marte feroci,
 Nunc tantum sermone valet, quid Delphica demens
 Tēpla files? Phariūq; bouem? quid corniger Hāmon
 Intactus? sacræq; Hecates Perseidos aræ?
 Gemmantem his dictis, vagina extraxit eburna

A V S T R I A D O S .

Impatiens gladium, quicumq; remanserit inquit,
 Hostis erit patriæ, dixit. circumq; ferentem
 Lumina, sollicitum aiunt ingessisse furorem
 Mentibus, vsq; adeo strepitus, vocesq; resultant
 Montibus, & Ponti stridor diuerberat vndas.
 Non secus Ionij campos, atq; æquora late
 Corus agit, tristisq; Aquilo, Libyamq; remensus
 Africus, & moto conturbant littora fluctu,
 Quisq; volat, perflatq; vndas, & turbine magno
 Personat horrendum, & vinci negat, inde fugatis
 Hostibus arreptum propriis mare flectit habenis,
 Atq; potest quo vult titubantem impellere Pontum
 Victor, & indomitus spumantibus imperat vndis.

Ani aduerte
 asperitatem
 nomis, ut in
 plerisq; de
 uitatâ. nam
 amurates
 dicebatur.

Arma vocant cuncti, pharetrasq; arcusq; minaces
 Expediunt, belliq; Orchas designat Amartem
 Esse ducem, seuumq; patri Salmonea iungit
 Ad pugnam, iubet & scindi de vertice naues
 Ryp hæo, cæsisq; vndas impellere syluis.
 Nec mora festinant operi, totamq; moueri
 Aspiceres Scythiam, feruet mare nauibus altis,
 Ponticaq; accipiunt glaciales carbasa ventos.

Iamq; rates pelago, iamq; arma, ducesq; feruntur
 Europam contra, atq; Asiam, cum fama per æquor
 Euolat, & tali rumore Propontida miscet,
 Vicinasq; vrbes, Scythicum genus æquore magna
 Classe vehi, & gelido properantia lintea Ponto
 Aegæum in pelagus, Lesboaq; littora ferri,
 Remq; auget dictis, horrendaq; nuntiat arma,
 Extemplo pauidas subitus timor occupat vrbes,
 Arma parant populi, curruntq; ad littora Thraces,

LIBER TERTIVS

Pilatæq; manus funduntur ab Helleſponto.
 Venit Bebrycia genus inſuperabile bello,
 Et Myſi indomiti, & ſublato Mœones arcu,
 Quiq; Aſiam, Phrygiamq; colunt, & flumina potant
 Lydia, & Ionias Cycnis modulantibus vndas,
 Egialum interea curſu, Cromiamq; relinquunt.
 Et Mariandynos, Erithynæq; ſaxa, ſiniſtra
 Nautæ, fluctifono dextra concurrere cautes
 Cyaneas pelago, & Byzantij littora miles
 Proſpiciat, & contra plenis it mœnia velis.
 Iam Scythæ per littus diffunditur, æquora claffis
 Occupat, & vaſto telorum turbine muros
 Agmina certatim inuadunt, ſtant turribus altis
 Armati ciues, & ſaxa ingentia torquent,
 Et pice flagranti poſitas in littore puppes,
 Sulphureisq; vrunt tædis, atq; ignibus atris,
 Vndiq; fit clamor, bellum terræq; marisq;
 Inſurgit, primuſq; vrbi ferus intonat armis
 Salmonæus, multoq; madēs in ſanguine Amartes,
 Increpitat pugnam ignauam, lentasq; ſagittas.
 O genus æternum, & terris ſeruata propago,
 Scandite iam murum, & Mœotica ſigna per urbem
 Ferte alacres, quid vos Byzantia mœnia terrent?
 Dixerat, incumbunt pelago, ſonat icſta profundo
 Verbere tonſarum, & remis ſpumantibus vnda.
 Annixiq; altos tormento impellere muros
 Inſultant, iaculisq; ardens prætexitur aer,
 Non tot Erycthonæ pulſarunt curua trîremes.
 Littora Sicanæ, nec coniurata Mycenis
 Aulis vicino vidit tot lintea portu.

A V S T R I A D O S

Interea sylvæ cęduntur, turris in auras
 Erigitur trabea, & tabulis crescentibus vrbi
 Instat, & armato completur milite moles.
 Hinc vectes, & saxa volant, hinc pestifer ignis,
 Nigrantiq; ruunt male olentia sulphura tæda.
 Venerat illa dies, qua lamentabile regnum
 Eruerent Thurcæ, nostrisq; ornata triumphis
 Barbara Rypheas victricia signa per alpes
 Gens ferret, nostrisq; orbi intercluderet æquor.
 Nox ruit interea, & crescens pallentibus vmbriis
 Distulerat pugnae rabiem, iacet humida transtris
 Pars Scythicæ pubis, pars curuo in littore ponunt
 Corpora, & humentes capiunt ad sydera somnos,
 Gliscit in vrbe timor vigiles, per culmina clamant
 Custodes arcis, iamq; altera venerat orbi
 Clara dies, croceisq; polo Titonia bigis
 Fulserat, at Scythicæ reuocarunt arma cohortes.
 It stridor cœlo, reclamans vocibus Helle
 Perfremere horrendum, Termontiaq; arua fragore
 Ingenti tremere, & subter (mirabile dictu)
 Aufugere immanes turbata per æquora Phocę.
 Heu vrbe inuisam superis, quam vidit ab alto
 Nec pater omnipotens, nec iuuit Apollinis ara.
 Fama est Argolica vento Lacedemone vectos
 Consuluisse Deum, magniq; oracula Phœbi.
 Quo tandem immensi per tot discrimina Ponti,
 Per varios casus, & mille pericula rerum
 Compulsis, finem præberent fata malorum,
 Vt Deus egregiam circundare mœnibus vrbe
 Præcepit, dignam statuendæ querere sedem

LIBER TERTIVS.

Argiui scrutari oras, cum Dorica puppis
 Hellepontiacæ summisit lintea fauci,
 Et celerem angusto firmavit littore cursum.
 Hic urbem egregiam statuunt, & mœnia condunt
 Spumanti vicina salo, chalcedona contra,
 Atq; suo ductor dixit de nomine Byzas.
 Ergo dum pugnant, & cœdibus alta fatigant
 Mœnia, & Argolicæ Scythicus furor ingruit vrbi,
 Delius ad Rhodopen oculos, & littora Thracum
 Torfit, & armatam classem, terraq; furentes
 Aspexit populos, regnumq; quod ipse, domosq;
 Puppe Terapnæa quas condere iusserat actos,
 Strage premi infanda, tractosq; in funera ciues,
 Fumantes firmavit equos, magnumq; tonantem
 Inuadit dictis, quid te pater optime contra
 Vrbs molita mea est; circumstant vndiq; gentes
 Per mare, per terras, & ni tua cura ruentem
 Excipiat, nostri cadet ingens gloria Ponti,
 Cretheos Aemonij magno de sanguine Phryxus.
 Aurea trans pontum, qua Colchidis ora recedit,
 Vellera deuexit, Nephelæaq; deinde sacrauit.
 Dona tibi o genitor, proliq; tuenda reliquit
 Nostræ, vt Thessalico raperentur ab hospite furtim
 Scilicet, atq; aurum Aesonias veheretur ad vrbes.
 Multaq; præterea fileoludibria templis
 Facta meis, serua hunc populū. nam cætera tali
 Pensabis dono, Scythiamq; his dissiice flammis,
 Atq; iter ad Manes calcatum Acherusia pande
 Limina, & horrissonas sub tartara merge sagittas,
 Hostilesq; incende rates, aut obrue Ponto

A V S T R I A D O S

Vel si te pietas retinet, fac desinat armis
 Hoc genus infandum, regnumq; reuisat auitum,
 Atq; Pharetrigeræ referant sua signa cohortes,
 Ad Tanain, tristemq; iram compescat amantes.
 Talia sic fantem, solio tunc Iuppiter alto
 Excipit omnipotens, fatis vrgentibus instat
 Vrbi summa dies, & ineluctabile tempus.
 Non longe cladis meta est, nec Delphica tantum
 Oppida disiciunt, sed nostro oracula templo,
 Rapta quoq; & summo lugebunt vertice sellæ.
 Non erit Archadiæ locus integer, omnia flammæ
 Consumunt Scythicæ, bimariscq; arsuræ Corinthus,
 Ictibus æthereas prosterni ingentibus arces
 Cernet, & æquari Pelopis tecta alta superbi
 (Infandum visu) mediis iam Cycladas vndis
 Aspicias, Delumq; tuam, Myconemq; cremari,
 Igneq; Ryp hæo trepidam fumare Lebynthum.
 Hæc multos olim gens regnatura per annos,
 Donec in arma ferox magno Germanica pubes
 Seruiet Austriadum generi, quo sanguine cretus
 Trans Hypanin, vltraq; feret victricia Thulem
 Signa triumphatam, & Scythico dominabitur orbi,
 Ventura hæc terris, hominũ cum pastor habenas
 Lydius excipies, nec non Pallantidos arcis
 Sceptra Leo, & sancto Latialem numine Romam
 Sublimem efficies, votiscq; vocabere terris.
 Hæc ait, & magno nutu aurea sydera torquet,
 Perq; polum incedens stellis ardentibus, imas
 Despiciens terras, Irim Thaumantida ab alto
 Aethere demisit, tetramq; alimenta referre

LIBER TERTIVS.

Imperat in nubem vndarum, volat ipse tricuspis
 Fulmineus, tonitrusq; ciet, ruit igneus æther,
 Totaq; pulsantur piceis Byzantia nymbis
 Mœnia, & horrificis Boreas circum euolat alis,
 Et defrenatis voluuntur cursibus amnes,
 Instat tempestat oculis, & grandinis horror:
 Pugnant cæci, & nubis clauduntur amictu,
 Deseritur pugna, & curuo se littore condunt,
 Humentes Scythiæ populi, postesq; reuulsos,
 Aerataq; minas nutantes mole relinquunt.

Interea nox atra polo surgentibus astris
 Ingruit, & fessos dulcis sopor alligat artus.
 Stant muro excubiæ, rexq; alta in nocte quieti
 Se dedit, & somno curas mulcebat inanes.

Mopsopia, vt perhibent, curru deuectus ab vrbe
 Triptolemus, cœlo sacratos impulit angues,
 Dona ferens Cereris, Scythicas iam desuper vrbes,
 Et Pontum geminos deflexerat axe iugales.
 Sceptra loci, & regnum tunc rex crudelis habebat
 Lyncus, & hospitio venientem suscipit amplo.
 Inuidet inuentis, & nocte silentibus vmbris
 Ferro hostem aggreditur, celeri scelus hausit olympo
 Alma Ceres, regemq; noua indignata figura
 Induit, illum acri compensans lumine curru
 Bacchus pampineo, frenatam in Nebrida versum
 Alligat, inuaditq; Indos, vbi cornua tollens
 Nigra corymbifero victor ciet agmina Mœro.
 Ille odium Cererem Scythicum contra impulit almã,
 Exercere genus lucentem qualis Eleusim
 Deuehitur curru, fertisq; recentibus ornat

celeri olym
 po dixit, ad
 Lunæ natu
 ram respici
 ens, quæ &
 ceres dicit.

A VSTRIADOS

Spicifecum caput, & geminos agit alta dracones,
 Talem sese offert, & regem nocte sepultum
 Inuadit dictis, tu nunc agis ocia somno
 Fatorum ignarus, Byzantiq; immemor vrbis,
 Surge age, nam terris cum craftina fulserit hora
 Collucere faces, & mœnia capta videbis,
 Dixerat, & tenues subito delapsa per auras
 Multa super fatis cunctantem, & multa parantem
 Poscere, deseruit, visa est quoq; ab æquore summo
 Cærulea in somnis affari talibus Helle.
 Heu fuge direptas terras, fuge littora Ponti,
 Multaq; præterea superum portenta Deorum
 Suprema vnde dies, vrbisq; miserrima cædes
 Agnosci poterat, trepidus rex protinus alto
 Desiliit lecto, & medias parat ire per umbras,
 Cum subito excelsa penitus micat ignis ab arce,
 Summaq; fumantes rapiunt incendia turres.
 Talia cunctanti regi, Melanius arcas
 Hostis habet muros, inquit, vidi ipse, refracto
 Belli ferratos diuelli cardine postes.
 Sic ait, & tenebris pauidum se miscuit atris.

Interea armorum sonitus clarescit, & urbem
 Horror habet, veluti cum pergama celsa tenebant
 Therfandrus, Pyrrhusq; ferox, & dyrus Vlysses
 Teucrorum imperium iuratum transtulit Argos,
 Vndiq; stricta acies, hinc Vali, & Sarmata ferro
 Incumbunt, Cottæq; fremunt, gaudentq; fruore
 Iaxamata, Chalybesq; ruunt, Neuriq; luporum
 Pellibus horrentes, Phyliræq; rudesq; Satorcha
 Byzeresq; feri, & peltis decertat Amazon.

LIBER TERTIVS

Parte alia trepidos inuadit Iberia ciues,
 Atq; Albana cohors, Nomadumq; exercitus omnis
 Funditur, & rapidis non defuit ira Cohatris,
 Irrumpuntq; omnes, cęduntur limine primo
 Portarum excubię, resonant clamoribus vndę.
 Discurrunt passis matresq; nurusq; capillis,
 Et natis comitata cohors infantibus ibat
 Per tenebras, percq; arma virum, Scythicasq; sagittas.

Urbs ruit in flammis, miserorum corpora passim
 Cęduntur, rapiturq; adytis Byzantia gaza.

Eoo interea surgebat lumine Titan,
 Augetur passim cędes, vasto omnia luctu
 Complentur, fugiuntq; omnes, & lata viarum
 Constipantq; Scythę, & strictis mucronibus instant
 Fulminei, haud aliter rabies infanda luporum
 Ieiuna compulsa fame, stat faucibus atris
 Atq; inhiat prędę, & pecora inter inertia sequit.

Iam Byzantiaci properabat ad alta Tyranni
 Atria Salmonius, Scythica stipante caterua.
 Quem simul atq; amplo venientem a limine vidit
 Rex, fugit, inq; domus sese penetralibus abdıt.

Fama Charistenium bello flagrante Mycenis
 Armata misisse manu, Ieuonemq; Pyręum
 Iunxisse & bello, quo non Taulantius oris
 Vir fuit in patriis, & pace animosior alter.
 Hi duo vestibulum regis, vastamq; silentes
 Portam adseruabant, etenim te subtrahis illa
 Fœde Ligur pugna, nec fusi sanguinis vltor
 Iustiniane fugis, tum luce coruscus athena
 Orchasq; Polemonq; ferox, & dirus Amartes

F

Hic alterū
 nomen im-
 mutatū est,
 alterū mol-
 litum.

AVSTRIADOS

Tela parant, limenq; petunt, & sanguine tincti
 Threicio insultant portis, illi horrida contra
 Arma retundentes, hostes a limine pellunt.
 Utq; feræ telis circum stridentibus vltro
 Incumbunt ferro, & quanto magis ingruit hostis
 Mucrone infesto, iis tanto magis effurit ira.
 Dii qbus hanc urbem, iunctūq; Propontida Thracū
 Mens fuerat regi externis defendere bellis.
 Cur æquis summo hæc oculis spectatis olympo?
 Iamq; Charistenius madido sudantia tabo
 Tela vibrat, roratq; effusi sanguinis vnda,
 Ipse Pharetrigeras impellit in arma cateruas
 Salmonæus, Periphæsq; simul, solumq; petebant
 Marte Charistenium, nec cedit Achaicus ardor,
 Sed contra ignauum violentius increpat hostem,
 Milleq; iam fracto pendent vmbone sagittæ.
 Interea ille ardens crudum Pythoenta, Lycumq;
 Setigerū, & longo pugnantem Amythaona cæstu
 Ense necat, vomit ille animā, Ladumq; Agathyrfa
 Matre satum obtruncat, nec segnior ante Pyræus
 Pugnat, & infanda prosternit cæde ruentes
 Sauromatas, fractoq; expellit Amazona baltheo
 Alter Thissagetæ (qui dudum e rupibus altis
 Proruerant) iam victor agit, Taberenæq; fundit
 Agmina, Brachatumq; Gyan, cui Pythia mater
 Ingessit stimulos, quæ Ponti effascinat Hyrcos.
 Voluit humi, mœstumq; Thagen agit obuius ensi
 Quisq; animam, fusosq; madet in sanguine postes.
 Quantum Martis amor crescit, violentaq; surgit
 Impacata fames pugnae, tantum horrida cædes

LIBER TERTIVS.

Augetur, ruit Argolicus iam fulminis instar
 Impetus, aut quando gelidi fumantia Píndi
 Alta ruens quercus diuellit saxa, nemusq;
 Prosternit, vastoq; resultant antra fragore:

Ecce aút armipotens magno cū turbine Amartes
 Arguít ignauam pugnam, telumq; trabale
 Torquet in aduersos hostes, fremituq; sonoro
 Id volat, & tríplici insidit ferale cruenti
 Aere Charistenij, tauriq; ingentia findit
 Tergora, & effracti dypei mora scinditur ærea
 Illicet atra repens descendit ad inguina pestis,
 Perculit & vires, animamq; inuasit Achiui,
 Ille cadit moribundus humi, sociumq; requirit
 Lumine, & vltorem poscit necis, alta Pyraeum
 Ira, dolorq; rapit, miserí iam pallida fato
 Ora tegit dypeo, vibrataq; tela repellens,
 Argolicos Manes iterumq;, iterumq; querelas
 Nominat ingeminans, & funus deflet amici.
 Ac subito vt tygrim catulos rapiantibus Indis
 Ira agit impatiens, volucremq; impellit in hostem.
 In turmas ruit, & Sibina crudescit acuta,
 Authoremq; necis querit Taulantia proles,
 Nec mora, terrifico ceu turbine voluitur Auster,
 Ingruit & Ponto, & motas circumtonat vndas,
 Crescit Amasriaco violentior ira Tyranno,
 Atq; coruscanti telo furibundus Amartes
 Stat contra, sed postq; nequicq; horridus hostem
 Inuadit, frustra q; suos prædestinat ictus.
 Saxum ingens, quod forte via sub turribus altis
 Deciderat rapuit, nixusq; per aera torquet.

F ij

AVSTRIADOS

Heu fatum inuisum, fremit & persibilat auras
 Pondus, quacq; ori mentum coniungitur imo
 Irruit hostile, & fractis furit ossibus, ille
 Ut moriens sua fata videt, pallentis amici
 Desuper incubuit corpus, sic deinde quieuit,
 Fœlices animæ dum Cæsar, & Austrias orbis
 Progenies reget imperium, Rhenusq; bicornis
 Seruiet, & dominos rerum visura nepotes
 Transferet in cœlum nostros Germania ditios
 Fama per ora virum, tenuesq; volabit ad auras.

Nec mora conuellunt postes, longa atria lustrant
 Porticibus vacuis, Byzantia gaza, suppellex,
 Thraiciq; patent luxus, rapiuntur ab hoste
 Regis opes, Scythicæq; aperitur curia turmæ.

Ecce cruentatis manibus iam cede recenti
 Raptabat regem Salmonæus, fœdaq; tabo
 Ora, & purpureo concretos sanguine crines.
 Ante fores limenq; locat (miserabile visu)
 Exanimum corpus, spoliatq; & regis ademptas
 Exuias ostentat ouans, quatit omnia, & altum
 Vociferant volat in cœdem, ceu vertice torrens
 Alpino ruit, & vasto cum murmure sylvas
 Abstrahit ingentes, & saxa sonantia torquet,
 Vndiq; conueniunt matres, & pectora plangunt
 Innuptæ, pueriq; & fœmineo vlulatu
 Hellepontiaci resonabant æquora Ponti,
 Fit passim cædes, Thurcæ dominantur in vrbe,
 Sic placitum superis, iam summa incendia turres
 Aureaq; insiliunt lambentes sydera flammæ
 Percq; domos, percq; alta ducum pallatia, & urbem

LIBER TERTIVS.

Ignis abit, teter per multa volumina fumus
 Euolat, & qua non poterat vulcania pestis
 Ire, tenent gladij, Scythicusq; intermicat ensis,
 Tela parata neci, nulli parsum, accipit omnes
 Atra dies, foedos nisi qui seruantur in vsus.

Exitus hic vrbis, iam fama per aera pennis
 Præpetibus volat, & Thracum sublimior vrbes
 Aemathiamq; petit, veloxq; per oppida fertur
 Dorica, & affatu Pelopæas territat vrbes.
 Mox abit in nubes, & iam super æquora magno
 Remigio alarum propellitur, omnia miscet,
 Tercentumq; tonat linguis, Asiamq; pauentem
 Sermone inuadit vario, pauidasq; per aures
 Infandum canit excidium, lacerata capillis
 Ingemit, & diro funestat murmure terras.
 Tunc subito capere arma viri, portasq; nouare
 Urbibus, & celsas implere molaribus arces,
 Armaq; pars senio, & rubigine pallida tetra
 Expoliunt, raptor tanq; prope mœnia Amartes
 Afforet, atq; Asiæ diffunderet agmina campis.

Nunc me Pazeites, nec non vocat alter Amartes
 Hunyadisq; fugam, & rorantes sanguine Varnas
 Mens agitat, gestitq; animus per vulnera ferri
 Europæ, & toto seriem deducere bello.

Moles longa retro est, Taberena ne fulmina, & vltra
 Excitas Tanaim gentes & bella canemus
 Horrida; palmifera præformidante Damasco;
 His igitur, ne longa sequar primordia rerum,
 Hismariaë pereunt vrbes, Orpheaq; quondam
 Sythonis, & patulos longis vlulatibus agros

Taburlanū
 intelligit a
 Taberenis
 Asiaticis or
 riundū. al
 ludit ad no
 men.

AVSTRIADOS

Byftoniæ replent matres, serpitiq; ruina
 Per Macedum campos, & summo vertice pastor
 Horruit orbeli, nec non & Eantia pubes,
 Et Libethra suis Scythiam male vidit ab vndis,
 Offa ingens, Pindus, Lapytharum a sedibus Othrys
 Euulsus, Nymphas sæuus Bæbeidas horror
 Armorum, & clades viridantem perculit Orcon,
 Nec te Triptolemi serpens defendit Eleusis
 Non Argis quondam belli, non fama Mycenis
 Profuit antiqui, nec Liber & Herculis ira
 Ingentes Thebas, Cadmæaq; mœnia iuuit.
 Iam dedamatus Bromio aduentante Cytheron
 Deferitur sacris, atq; exululata relinquunt,
 Nota triennales trepidantes Orgya Bacchæ.

Hinc furor Archadium, & gelidi delubra Lycaei
 Inuasit, Pholoemq; & Nymphas nonacrinas,
 Pisæasq; vrbes, & in oppida Achaica fertur
 Infandus furor, & non dum vada mistus Enipeus
 Alphæo expauit, turbatiq; Elide ludi.
 Quid Pelopis tecta alta canam? Bimarisq; Corinthi
 Isthmon, & euictæ miserandas Helladis vrbes?
 Quo me Cyrrha rapis? quo me Cephisus, & vnda
 Castalius sacra? & vocales carmine Delphi?
 Non Athamantææ dadem Calidonis, & amnem
 Athracium Ionij maculantem sanguine littus
 Dissimulabo, nec exhaustum iam Marte prophano
 Leucatenq; Argosq; & Acarnano Acheloo
 Vincula coniecta, & frenatas Pontibus vndas,
 Nec metam Europæ tantorum habitura malorum,
 Sed transuecta fretū gens cultu asperrima & armis,

LIBER TERTIVS

Angustas iterum fauces, Asiamque parentem
 Inuadit bello, rapitur Chalcedonis ara,
 Sacra Ioui magno, positumque ab Iasone templum,
 Bithynaque vrbes, Nymphaque rapacibus undis
 Ascansio fugere lacu, Mysique, Phrygesque.
 Inde etiam Ionias manauit pestis ad vrbes,
 Quas nec tutata est pereuntes Latmia Phoebe,
 Branchiadaque arcus, nec Amazonis ara Dianae.
 Quid cares memorem? quos ire per arma furentes
 Bubasides videre nurus, quid Marte reuulsum
 Et Cragon, & Lymiren, & Xathon, & horrida Vatis
 Tempa Dei: quot vos posite super aquora Naxos,
 Dulichiumque, Sameque, & syluis densa Zacynthos,
 Neritos, & Chalcis Syphnusque, & parua Seryphos
 Perpeste da des? saxi Paros indyta vena
 Iam gemit, et Gyaros, Strophades, viridisque Donyssa,
 Insulaque Altisonis quot fluctibus astrepit Aegon.

Quare agite o proceres, & tu Germanicae Caesar
 Trans pontum, Scythiaque, atque hymbribus obruta regna
 Pergite, & armenias belli frenate sagittas.
 Iam video Euphratem descendere, & agmina tauro,
 Assyriamque, & bello altum exardere Nyphatem,
 Et festinantem nostros Babylona triumphos
 Et rapere, & raptas Eoa ad littora praedas
 Vertentem, Casiumque Iouem, Babilonque, Tyrumque
 Sydonem, & Libanum externis seruire Tyrannis.
 Quin etiam per agros palma fragrantis Idumes
 Chaldaee venere manus, saeuitque cruenta
 Sacra Palestinae, & memoranda per oppida Memphis.
 Hosti praeda sumus, iam fulget Maurus in armis,

A VSTRIADOS

Pugnacesq; manus contra mouet Astrifer Atlas;
 Q; si vestra genus mora debellare superbum,
 Et defrenatas longe propellere gentes,
 In patrias venient sedes, gelidasq; per alpes
 Signa ferent, legesq; dabunt, etiam ne videbis
 Persarum, Europæ gentem Sophytida, tellus
 Nauibus Aegæo infestis; quando ergo erit olim
 Tempus vt Austriadū tremat Africa terra tumultu,
 Atq; iterum pontem ferat indignatus Araxes;
 Dixit, & inflammatū animum mentesq; reliquit
 Heroum, curua pulsans testudine Enypheus.

Pars cupit Hyrcano bellum exercere sub Oxo,
 Pars celerem armenixæ confestim inuisere Tygrim,
 Horridaq; armigeris pulsare Artaxata signis,
 Pars Scythicas spectare plagas, hic ire per vstos
 Ignoti Garamantis agros, pars vincere Mauros,
 At iam iam Aegypti Phariis quaterre oppida systris,
 Et latratorem telo propellere Anubim,
 Bubastamq; sacram, & Diuæ lunaria fronti
 Cornua spicifera, variisq; coloribus Apim
 Fœdare, & bello quæsitum inuadere Osyrim
 Visum aliis, Nilumq; acie turbare cadentem.
 Dumq; huc atq; illuc ardor mauortius errat,
 Legati vndifono redeuntes littore Rheni,
 Reddita belligero referunt responsa Roberto,
 Scilicet hunc pugna & bello contendere malle,
 Cedere q̄ regno, dulcesq; relinquere terras.
 Nec Martem indictum, & pugnā renuisse nocentē.
 Tunc rex Austriades solio sic orsus ab alto.

Magnanimi proceres, quorū mihi cognita virtus,

LIBER TERTIVS

Sperabam parta iam pace quiescere regnum,
 Nosq; alio transferre nefas, socialiaq; arma
 Vertere in externos, patriamq; cruore tueri.
 Sed quoniam seui passim inuasere Tyranni,
 Nullaq; raptores tangit pietatis imago
 Tantorum facie scelerum, quis temperet iras,
 Atq; animā timeat mediis effundere in armis?
 Qui Scythiam intradet, rapidūq; videbit Orontem,
 Et Maurum imbellem vincet Germanicus ensis.
 Quandoquidē sunt bella domi: iam perfidus hostis
 Occupat Europam, Libycas tenet anchora puppes
 Littus ad Hispanum, querimur, vellemus in armis
 Illico perfremere, & populos superare furentes,
 Si longe a patriis absunt regionibus, Acer
 Hostis adest, vestrasq; potens sibi vendicat vrbes.
 Quid vos par facere est: non exera querere regna
 Nunc opus, at iusto patriam defendere Marte,
 Libera quæ simul atq; erit, & pietate suorum
 Defensum imperium, Tanais timet, ipsaq; supplex
 Se dedet Babylon, nec plus se nubifer Atlas
 Armabit, verretq; hostilibus æquora remis.
 O genus armipotens superis gratissima proles,
 Desidia ne animi tanta: consuetaq; bello
 Pectora mollescunt: perstet sententia vestro
 Et regno, patriæq; penatibus, & sacris Diis
 Consuluisse prius, varias q; querere terras
 Increbrescat amor, stat Pallatinus in alta
 Arce ferox, nostrisq; inhiat violentior aruis.
 Nec quemq; timet, & iam formidabile bellum
 Illum oratores referunt, pugnamq; futuram

G

AVSTRIADOS

Moliri impavidum, ac frustra repetuntur ab illo
 Nostras quas tenuit sedes, Hagenoia tellus
 Testis erit nobis, & iam pridem oppida capta
 Antiquæ Helfatiæ, vobis quot & abstulit vrbes
 Colligite, atq; vtinam falsum sit latius acrem
 Instruit hic animum, & vi pacto degere nescit
 Vestra nisi hunc contra virtus insurgat, & iram
 Arceat, atq; sui regni intra limina cogat.
 Præterea quoties tacitas humentibus vmbris
 Nox operit terras, visa est regionis imago
 Ante oculos nostræ, passos laniata capillos
 Sæpe queri, & nigram ferri lachrymosa per auram.
 Quin etiam in somnis genitor meus increpat arma,
 Abiectasq; Aquilas, & corda infracta timore.
 Nec non & Thepsis, superũ que arcana Deorum
 Callebat Vates, olim ventura canebat
 Excidia, & stragem populis, belloq; peracto
 Nos fore victores, & dudum Iuppiter alto
 Intonuit leua, sic nos Ioue in arma volente,
 In cedes, strictiq; aciem mucronis eamus.

Dixerat, inq; animos pugne spirarat amorem
 His accensi omnes Baccho, mensisq; remotis
 Stant auidi Martis, vultuq; ferocia corda
 Noscere erat, cunctos subit hæc sententia ferro
 Cernere, & Arctoo pacem componere mundo,

F I N I S.

LIBRI QVARTI ARGVMENTVM.

Quartus liber, gentium, populorumq; descriptionem habet,
 & primo Cæsaris gentes enumerat. Inde fœderis Sueuici, quod
 tripartitū est. In eo enim principes, prælati, ciuitatesq; numerant

LIBER QVARTVS

eur. Interea iuuenis cum baculo de more ad indicēdum bellum mittitur. Inde Cæsar in Noricum cum exercitu proficiscit̃, unde Danubiani Numinis oritur in eum indignatio, qui statim flumina in consultationem uocat, & per occasionem iugis sexaginta fluuiorū, qui in Danubium exonerantur, descriptio, deq; Danubij fonte plura. Sequitur Cæsar̃s & militum in Danubio pugna. & inde discessus, eiusdemq; cum Regina uerba de rebus Insuubrium. qui mox cum exercitu in Prischauium agrum profectus, Ophoburgium obsedit, inibiq; pugna uaria, sed in primis duellum Cæsar̃s & Oebali, qui de se multa refert, quorū in auxilium Venus, & Diana descendunt. clarum utrinq; certamen, sed uicta Venus, in cœlum aufugit. Oebalus iam iam moriturus, Cæsarem ut se mandet sepulturæ, rogat. Cæsar cum militum furorem composuisset, ad Oebalium corpus proficiscitur, idemq; sepulturæ mandat.

AVSTRIADOS LIBER III.



Vm gliscit sic ira animis, vulgata potētes
 Fama mouet populos, tunc omnes arma
 capessunt
 Illyricæ, ī primis patrio de more cohortes
 Armantur Sibinis, Pucinaq; præla relinquit.
 Tergestina manus, Natisumq; nouemq; Timauī.
 Transcendit fontes, portusq; arx alta Naonis
 Excitur, Carnusq; audax, cui corpus Ibera
 Cætra tegit, iuguloq; in pugna mussat obeso.
 Inde Carenthani trepidam eduxere phalangem
 Villacio, sequiturq; luentium, & altior illo
 Gurcia, quæ variis pedites emiserat armis.
 Quinquaginta Bebras centum delecta iuuentus
 Pila gerunt humeris, cæstus fert cætera pubes.
 Oppida quid Styriæ memorem? Grætiacq; cateruas?
 Armigerumq; genus? qua despumantibus vndis
 It Drauis impatiens, & multo fertilis Hydro.

G ij

AVSTRIADOS

Nec mora, disiectis antiqua Celeia muris,
 Petouioq; ingens (velut indicat alta vetustas)
 Arma parant, equitum turmas hæc, illa cohortem
 Emittit peditum, sed longe animosior ibat.
 Belliger Austriades, & mœnia lata Vianæ
 Conueniunt circum populi, effusumq; videres
 Et Cremesum, Sthaniumq; ferox, & prædia lætos
 Rhecia deserere, & Mauternia rura colonos.
 Quiq; habitant Cetij summis in collibus vrbes.
 Inde Anasina Phalanx. primo Styra in agmine secū
 Velsines ducit, simul & Gemunda profundum
 Turba lacū, & rupis Traustanidos antra relinquūt,
 Et manus Istricola in bellum ruit aspera Lynzo.
 Ii signa extollunt Aquilæ, Martisq; futuri
 Festinant auidi, pars leuam Ancilibus ornat,
 Premunitq; latus framea, pars more Catheias
 Teutonico gerit, & loro prædestinat ictus.
 Gemmatq; omnes auro, tortisq; refulgent
 Torquibus, armati proceres, galeisq; micantes
 Coniferis, duro gestant humeralia ferro,
 Thoracem connexa super, rapit æquora cursu
 Miles, & æripedem impellit Cataphractus anhelū
 Goricius, sacraq; fremens volat agmen ab vrbe,
 Qua se Noriciis Athesinum vallibus infert,
 Vastaq; percussis liquere incudibus æra.
 Nigrantes populi, cæcisq; horrenda cauernis
 Sbotia, & armatis campus deseruet Halæus
 Ciuibus, ardentes qui deseruere Salinas.
 Et iam nubiferas linqunt castella per alpes
 Durati niuibus populi, & qui diuitis Arces

Inspruck in
 telligit &
 hic sequitur
 Stra. a quo
 ænus Athe-
 sinus appel-
 latur.

LIBER QVARTVS.

Intonat hic Istro, & contra nitentior vrget
 Et saxa, & montes, & fluminis antra profundi
 It Saus interea, & magnis allabitur vndis.
 Squamigeris inuectus equis, hauritq; morantem
 Imperturbati Drinoum littoris amnem,
 Sollicitatq; Dei monitu, longumq; Tybiscum
 Carpathio ciet ore iugo, qui fessus in antro
 Sederat, & secum requiescere iusserat vndas,
 Nulla mora vt sensit se terq; quaterq; citari
 Profilit ingenti strepitu, quo curua reclamationt
 Littora, quo syluæ, & saxorum impellitur agmen:
 Et iam Sardonio trepidat de vertice Moschus,
 Miranturq; Daci tumido properare Rhabosum
 Gurgite, & inflexi turbari stagna Marisi,
 Nympharumq; choris sublimius ire Ciabrum
 Vniuerso attonito cursu metuendus Alutas
 Vndas quadriiugo spumantes verberat axe
 Extremusq; venit Mysorum Hierassus ab oris.

Sic turmatim omnes vasto cū murmure fontem
 Istri adeunt magni, limenq; & Numen adorant
 Vndarum, sedemq; sacram, fluiuiumq; potentem.

Hic ortu gelidis, sacro caput exerit vndis
 Ex leni sic fama iugo, fuit Abnoba nomen
 Olli, sed vocem iam mutauere priorem
 Monte sub aërio, quos Rhetia pascit, Adula.
 Extemplo sed aquis fluiuiorum exauctus, oberrat
 Immanes populos, & regna exortia gentis
 Lethiferos q; alat pisces ab origine, vanum est.
 Sic etenim ignari patres, mendaxq; vetustas
 Afferit, Armeniæ ceu fons & Lydia ab ortu

AVSTRIADOS.

Traduntur partus eniti stagna nocentes
 Nec(quamuis Perſes descendat ab alpibus amnis,
 Et fontem Abnobium cursuq; auget & vndis)
 Credimus hoc non esse caput, quo deniq; cuncti
 Se referunt fluuij, subeuntq; madentia musco
 Atria, & immensum tophis surgentibus antrum.

Nymphæ Perſeides di
 xit propter
 duo flu. Per
 ſen, & Per
 ſeniū prope
 ora danubij

Porta ingens primo, & scabris domus alta pateſcit
 Porticibus, madidaq; ingens specus accipit aula
 Flumina, pro foribus custos stat peruigil Eſox,
 Vestibulumq; tenent Nymphæ Perſeides amplum.
 At vero introrsum squalentia tecta lacunat
 Purpureus murex, Conchæ, testæq; renident

Longa pro
 longe.

Humida saxa inter mediæ, quaq; ipse sedebat
 Ister erat locus, & pars longa remotior antri,
 Iam satur ille annis auocq; verendus, obibat
 Labentes musco, viridiq; vligine crines,
 Quem Xanthe formosa pedes, phialeq; Pſechasq;
 Errabant circum, & pulcherrima Lyſianassa
 Carpebat Cypriis popularia Numina flammis,
 Tandem multicauo residens in pumice, cuncta
 Perluſtrans oculis, fluuiorum stante corona,

Danubij o:
 ratio in deli
 beratino ge
 nere.

Incipit effari, dubiam sententia mentem
 Nostra diu tenuit, totus ne effusus in vndas
 Ad mare deferrer, ne me Germanica tellus
 Susciperet gremio, nostrocq; tumesceret ortu,
 An vestrum auxilium peterem, nam mi fuit anceps
 Vtrum tentarem, potior sententia visa est
 Vobiscū hæc peragi, summa hæc, iam tota sub armis
 Austria agit nostri pilata ad littoris vndas
 Agmina, & infertur Boiorum mœnia contra.

LIBER QVARTVS

Iam strepitus nostras ingens peruenit ad aures
 Armorum, atq; ipsi pugnaces vidimus alas
 Ardere, immeritasq; aciem conuertere in vrbes,
 Scilicet vt fœdis maculetur cœdibus vnda,
 Vestraq; descendat teter quoq; ad ostia sanguis.
 Ite ergo & fontes, totasq; resoluite venas,
 Et tumido lata arua vado, camposq; patentes
 Mergite, vt Austriadis iter eripiatur, & alto
 Immersi fluctu, tentent minus aspera nostris
 Prælia littoribus, fœdentq; cruoribus amnes.
 Vix ea finierat strepitu gliscente per antrum
 Confremuere omnes, resonant caua saxa fragore,
 Nec mora Danubij rursus per magna reuecti
 Flumina, corripuere fugam, totisq; feruntur
 Viribus, atq; suos repetunt cum murmure fontes.
 At Licus, & Vinda, atq; vna Tyroleius Aenos
 Detrectant iussa, & tacitum se continet antro
 Quisq; suo, simulatq; vndas hausisse parentem
 Oceanum, & tenui vix posse insurgere ab ortu.
 Ecce ruens Ister vastarum impulsus aquarum
 Molibus, exuperat ripas, campisq; vagatur
 Vndisonans, veluti per Canchrum vectus Apollo,
 Aut fuluū ingressus flammato Hyperione monstrū
 Luctantem nigris Nilum propellit ab Indis,
 Nec tantum increscens superat sua littora Ganges
 Incertus quo fonte cadat, fugiuntq; per Alpes
 Agricolaë, atq; altis nutant in montibus vrbes.
 Hic armenta trahit, syluasq; & lustra ferarum,
 Et saxa, & rupes, atq; alta cacumina secum.
 Interea rapidos voluunt ad littora cursus

A V S T R I A D O S

Poetica fit
 cōtio de Rhe
 go flumine
 Ratisponæ
 quã antiqui
 Reginonē
 dixerūt ipse
 Reginum
 dixit.

Defrenati amnes, & fontibus ora relaxant,
 Vndarum patefacta domus, iam latius Alueum
 Pandit Iser, gaudetq; effundere brachia campis,
 Miraturq; simul piscosum Rheson abesse
 Auxilio, verum ille atris ingrata cauernis
 Fata vocans, charam vxorem lugebat Acastem
 Thraicij neptem regis, quam duxerat ante
 Dardaniæ in campis, q̄ fraus pellacis Vlyssi
 Candentes auferret equos, illumq; necaret,
 Vnde etiam illius voluit de nomine dici
 Rhesus, & hunc viuens sic Thressa vocabat Acaste,
 Posteritas regum, & Reginum nominat urbem.
 Quicq; Getas, Mysosq; vident, vasto obiice pronam
 Constipant vndam, & contra luctantur in amne,
 Camporum iam lata tenet, perq; arua, viasq;
 Expatiatur aquis fluuiorum maximus Ister.

At rex vt molem vndarum, passimq; vagari
 Ingentem aspexit fluuium, longeq; sonantes
 Audiri fremitus, pulsataq; fluctibus astra,
 Substitit impavidus, rerumq; ignarus adorat
 Numina quæ subter labuntur gurgite vasto.
 Quæ vis naturæ est: huc forsitan æquora Nereus
 Obiice terrarum conuulso & montibus agit,
 Arctoum mensura solum, sic talia secum,
 Intorquet telum in fluctus, gemuere sub ictu
 Exesi cautes, concussaq; littora circum
 Ingenti tremuere sono, ceu Iuppiter altos
 Fulminibus quateret scopulos, ruerentq; per vndas
 Annosi lapides, motumq; tremisceret æquor.
 At rex armipotens auro, electroq; refulgens,

LIBER QVARTVS

Circum habitant Tyroli, regio quo nomine dicta est.
 Inde tridentini, & populi venere bilingues
 Bessenij, Corniq; & plebs cętrata Salurni,
 Bolzanumq; ferax mercis, cogitq; morantes
 Clusinos ea fama duces, tua Bryxina proles
 Ante omnes visa est sumptis fulgentior armis.
 Parte alia vallis circundata montibus altis
 Quadriuia, hæc patribus dicta est Amnaona priscis.
 Tela capit, falces Trameni conflant in enses
 Vinitor, impellitq; acres ad munia belli
 Cura Ameranæos, atq; Octumiudicum ad oram
 Peruenit rumor, Rætiq; ex alpihus altis
 Tyrrhenãq; manum, & celeres ægere quadrigas:
 Algouij, & armigeræ pubes animosa Briganti
 Pilati aduentant, plenas constantia lintres
 Telorum impellit remis, longeq; resultant
 Per Venetum vecta arma lacum, propiusq; videtur
 Incola neglectis ferri Neleburgius agris,
 Ad bellum fremit Hegouius, similiq; furore
 Corripitur Rotheburga manus, Nicerũq; remensa
 Soncouiis se iungit equis, tacitusq; furentem.
 Nec te Phryburgi, nec vos nemora atra silebo,
 Fraxinea horrificas vibrantia tela per vmbra,
 Nec non Vindelicos, & qui nunc fertur in illis
 Esse locis, iuxtaq; Alpes colere arua Sueuum
 Ingentes clypeos aptare, & pila videres
 Fœdere coniunctum magno, sunt longa relatu
 Principia, atq; olim variis orientia causis.

Burgouia (vt memorãt) tellus, atq; oppida, q̄ inter
 Vindelicos Istrumq; iacent, subiere Georgi

G iij

Origo fęde
 ris Sueuici
 causa du
 plex hic ter
 tia differtur
 ubi de No
 rimbergen.
 loquitur.

AVSTRIADOS

Boiugeni imperium, qui late extendere fines
 Inuigilans, auro prædiues & vberè glebæ
 Sub iuga consilium crinitos Marte Sueuos
 Posse trahi cepit, vicinæq; protinus arua
 Occupat, & trepido potitur vi Martis Othingo.
 Deuictiq; sacras Rocheburgi fauit in aras
 Hac primum populos coniunxit origine foedus.
 Ast alij diuersa, & te Friderice recensent
 Foederis autorem, qua tempestate potentes
 Inuasit Venetos senior Tyroleius heros.
 Raptæq; Regini ducibus sunt mœnia Boiis.
 Tertia iam causa est, alio sed differet alma
 Calliope, nunc & populos, & missa canemus
 Auxilia, & iunctas bello memorabimus vrbes.
 Prima Moguntiaci micuerunt agmina ab oris
 Bertholdi, sequiturq; Iacobus, & almus Vryel
 Zolrensisq; sacer, & tanti Martis origo.
 Boiugena Albertus, multis legionibus arce
 Munychia properat, generisq; is Norica rura
 Per seriem repetit, Rughorumq; aspera princeps
 Gesta Filectei referens animosa Tyranni.
 Bella inhiat, priscoq; acres descendere regno
 Cassubios secum, & venturo Marte frementem
 Vandalon aspiceres, Virthymberzentius heros
 Instruit antiquos decios, montanaq; proles
 Prosequitur Pelegarda ducem, qui turbine belli
 Innumeros scribit populos, & auita reposcit
 Oppida, trans Enti ripas, quantumq; laboris
 Hauferit is bello post me admirabitur ætas.
 Tu quoq; dux Badae, non inferiora secutus

De occupa-
 tiõe Regini
 latenter scri-
 bit, ne aper-
 te quempiã
 lædat.

Fœderis sue-
 uici ordo tri-
 plex princis-
 pum, præla-
 torum, ciui-
 ratum.

Ma
 is cl
 co
 ma
 hors
 Phat
 spop
 ieg m
 celera
 epidæ
 frat
 aruo p
 xox d
 rtus v
 es duc
 numer
 in ven
 zilla in
 torato
 sacro t
 la vna
 eanum
 n impe
 q; altu
 delici
 ppoq;
 i comp
 re qui
 um pla
 umini

LIBER QVARTVS

Auspicia, ad Martem properas, qua cana vetustas
 Antonina tuis ostendit munera thermis.
 Primus & hic ordo est, arasq; & sacra relinquit
 Fana Mogunthiaci, delubra, ignesq; Licæos
 Relligiosa cohors, vadit nec segnior illis
 Campiduna Phalanx, atq; Eluagensius hasta
 Insignis miles, populus Salmonidos oræ
 Villaq; Augieq; minor, vineaq; Rotumq;
 Belli opus accelerant, æterna nec absuit aris.
 Vesta suis trepidas campo, quæ fuderat alas
 Pone Hugon, fratresq; duo, secundaq; proles
 Natorum, & paruo properat Volphangus Othingo.
 Zolrensisq; ferox alter, pincernaq; magni
 Imperij Albertus veteri mouet arma Lyburgo.
 Quicq; equites ducit saxosa Elephantis ab arce,
 Præterea innumerū genus alto a sanguine cretum.

Tertia dein veniunt coniunctis fœdere magnis
 Urbibus auxilia, in primis ad munia belli
 Turma Argentorato violentior exit equestris,
 Hinc Augusta sacro tantum, quæ surgit alumno,
 Quæq; e mensa ultra est, feruentem littora Zonam
 Nauibus oceanum, & rubri trans littora, nouit
 Quæ regum imperia, & qua Calecutidos oræ,
 Taprobanesq; altus declinet Delius umbras.
 Nec non Vindelici, tellusq; Licatia secum
 Armantur, campoq; fremit Gæsata iuuentus
 Alerio, & gelidi complentur milite ripæ
 Pegnitiij, propere qui regna inuadet Othonis.
 Pone Vlmanatum placido decurrit ab Istro
 Turba ingens hominū, Nicerocq; Essingides alæ.

Alludit ad
 Cardinalē
 Gurceñ.

G iij

AVSTRIADOS

Nec non & vacuam fontem liquere salutis
 Gens habilis pugnae, sequiturque ardentior Hallis,
 Norlingique hominum, genus implacabile pugna,
 Quaeque tenet patrium collis sibi nomen ab umbra
 Antiquis memoranda viris, hic Flavius aras
 Praeclaras statuit, armisque eiectus ab Istro
 Aeneadam prius, his consedit Rætus in oris,
 Unde etiam prisca dicta est hæc Rætia tellus.
 Lindaviūque feros telo, remisque Brigantas
 Muniit, & sacrum petiit Gemyndia foedus.
 Incola Mēmingi, Bibracūque, & Vimpina currus
 Aptant militiae, atque alio sese ordine rursus
 Campiduna armat Legio, visuraque primum
 Verdea Austriadas acies, & Martia tela.
 Villaque Fullonis, turba & Luthyrchidos orae
 Auleniūque vetus, & formidanda Buthori
 Insurgit pubes, alia ratione nec villo

Langraphi
 um Hallia
 intelligit. q
 cum in fœ
 dere non es
 set seorsum
 ponit.

Foedere coniunctus bello furit Hessius heros,
 Visus & umbriferis rapidas diffundere ab antris
 Melibocus turmas equitum, longumque frementes
 Abnobij montes, & quas non suggerit ordo,
 Mille anae properant, varia & sine nomine gentes.

Principium interea belli seriesque futuri
 Diuiditur, variisque fremunt regionibus arma.
 Dux siquidem Decius, vexilla volantia ripis
 Diffundit Niceri, Cubos, Rhenumque lacessit
 Langraphij furor, & cetratum Bacteron vrget.
 Quisque excelsa colunt Segduni moenia patres
 Hercynia in magna, qua regnum, atque oppida Othonis
 Antiqui steterant decertauere, potentes.

LIBER QVARTVS.

Trans quoq; Alexander Rheni furit agmine ripas,
 Pellæis qui claret auis, & nomine regum
 Nec minor insurgit contra violentus Odechi
 Mœnia Burgravius princeps, atq; instruit arma.

At Cæsar trepidas inuadere destinat vrbes
 Norici, & Albertum secum coniungere castris.
 Iamq; sui armantur populi, iam pila Sueui
 Gestabant humeris pedites, circumq; Licæa
 Littora perfremere, & Martem incusare morantē.

Tandē magnanimus phaleris ardentibus auro
 Cæsar æquū ascendit, circumdatus agmine magno
 Armatorum hominū, cui duro cassida ferro.
 Suffultos operit crines, & lamina pectus
 Aegidos, & lateri feruens effulminat ensis.

Mittitur interea iuuenis, qui more parentum
 Indicat bellum, Claregatumq; per vrbes
 Pergat, & elato baculo fera nuntiet arma.
 Ausriades igitur rebus sic rite paratis
 Verdæam petiit, qua se Vernesus in Istrum
 Ingerit, & vasto condit sua nomina fluctu.
 Visaq; vt inuicti splendentia Cæsaris arma
 Formido inuasit proceres, qui fœdere iuncti
 Hostilem in cædem, & bellum cōmune ruebant,
 Omnia ne Cæsar late sibi vendicet armis
 Pacta soluturus, totumq; repente subactum
 Noricon asciscat, talisq; it rumor ad vrbes
 Illius aduentu trepidas, ceu subter anhelans
 Tellurem quateret Boreas, & verteret imo
 Fundamenta domū, quo summa palatia, templa,
 Ingentesq; cadunt turres, planctusq; timorq;

G v

Mos germa
 norū in idis
 cædo bello.

Fictio Das
 nubij p. quā
 principū su
 spiciōem si
 gnificat, un
 de subitus
 Cæsaris ex
 Norico dis
 cellus. q̄q̄
 & fluminis
 incrementū
 fuit maxi
 mum.

AVSTRIADOS

Gliscit, & exangues præstant ad pectora natos
Sollicitæ matres, fugiuntq; labantia tecta.

Armorum interea strepitus, clangorq; tubarum
Ingens auditur, subterq; meabilis horror
Fertur aquas, Istriq; meat spumantis ad aulam.
Tunc subito vt magni tumefactas perculit aures
Danubij, excelsa madidum caput extulit vnda
Numen, & a summo palantes prospicit amne
Austriadas, motasq; vrbes, atq; obiice postes
Muniri, & circum rapidam sua mœnia pubem
Letiferos lapsus, vastosq; locare molares.
Tunc Xantho, Beoremq; vocat, qbus i perat almos
Acciri Diuos fluuiorum, qui sua pulsant
Littora, & in gremium recipitq; fouetq; cadentes.

Protinus obliquo fluctus secat vtraq; motu
Immanes, pars inferior tenus inguine pisces
Spumea tortilibus propellunt æquora caudis.
Virginis os, vultusq; illis super eminent Algam,
Et proni in fluuium crines, Hysmenia quales
Leucothoe diffundit aquis, aut subdola Syren.

Nec mora aui similes, iunctæ Vlmanatibus ambæ
Incubuerè vadis, Reginiq; æquora vasti
Straubyingūq; petunt, de in fætam mercibus urbem
Augusto augurio quondam quæ condita fertur
Petauium, & latis properantem cornibus Aenum
Exuperant, sacriq; inuisunt mœnia Lynzi.
Mox vbi nauifragi subter vada cæca Trudeli
Danubiana fremit nequicq; adeunda Charybdis,
Errantes vbi sæpe rates absorbet hiatus,
Interq; & cautes, & saxa sonantia voluit.

LIBER · QVARTVS

Hinc Cremesum, & magnæ pallatîa culta Vianæ
 Prætereunt celeres, nec non antiqua superbi
 Mœnia Claudonyi, Phlexiq; & Amantina linquunt
 Littora, Luffoniumq; ferax, & Iazigis oram,
 Syluicolasq; alto trepidantes vertice Dacos
 Videre, & Myfos, quis lac mulgetur equarum.
 Iamq; Triballorum fines, iamq; arduus Hæmus
 Visitur, & gelidi regio transcenditur Axij
 Vsq; etiam Peucen, & qua septem ostia voluens
 Præruptum in pelagus, vasto cum murmure fertur
 Ister, & vndarū trepidum subit agmine Pontum,
 Adnantes fluuios adeunt, & nuntia portant
 Verba, & solliciti mandato Numinis vrgent.

Principio ante omnes Perseæ cursibus vndæ
 Conueniunt aquis, & Campidunius Iler
 Deserit Algouios, genus insuperabile bello,
 Diuitis hinc Vlmæ descendit Plauus ab oris,
 Burgouiusq; altis infertur Gynsus ad vndas
 Danubij, & de se dictam præterfluit urbem.
 Ramilachumq; rapax, longaq; in valle refusus
 Præntius, & fœlix Laugeno Verghus alumno
 Mos Eguæ, Zuzimiq; amnes, Verneffus ad alta
 Spumeus euoluit Verdeæ mœnia cursum.
 Infra autem strepitus velocis Smutteris ingens.
 At leni contra descendere gurgite Egyffus
 Auditur, planisq; Licum stupet accola ripis
 Sic fluere, & rapido Nymphas vlulare sub amne.
 Iam properat Suter, & Parrhi violentior Alueus
 Arfacidesq; Ilmus, & tu quoq; turbidus vndis
 Altinula, gelidas allaberis amne Chehelas.

Aniaduerte
 numerū flu
 uiorū, sexa
 ginta em̄ re
 citant, ut Pli
 nij opinio
 est.

A VSTRIADOS

Hunc & Abis Rhegusq; minax, & Nabus ab antro
 Pinifero, mitisq; Laber, Iserisq; fluenta
 Pone ruūt, nec Phylsa minor, quē Volphagus æquat,
 Ripaq; nec cursus voluis Gylsæa minores
 Vastior, at longas interluis Aenus Alpes
 Labentemq; cies Boiorum a montibus Isum.
 Rhennauicq; Auarum fluctus, Nymphæq; sorores
 Crenyseæ properant, Gemundæisq; refusus
 Traunus aquis, Inasusq; volat, dirimitq; potentes
 Austriadum populos, dubiusq; binomine ripa
 Laureaci, in vastum cursu deuoluitur Istrum,
 Nec non Orcyniis Nendus de montibus ortus
 Miratur, vitreum longe quanto impete fertur
 Herlaciū, quantasq; trahat celer Ipsyus vndas
 Utq; rapax simul a Styriis ruīt Erlaphus antris
 Venaq; Pylachij lenis, fontesq; Melyci
 Nec placidis te campi vadis, nec Trasme filebo
 Nec te, quod retinet regio prope Tullia nomen
 Pone Vienna Deis nostris sacer, hoc quoq; montes
 Oppidaq;, & priscae gaudent cognomine syluæ
 Piscofusq; Physa, & tranabilis vnda Sueci
 Hinc Leyta Austriadum dirimit qui pannona terris
 Marcemanumq; assurgit aquis, quibus altera ripa
 Danubij increfcit, Carnuntiq; astrepit vrbi
 Cæruleusq; Arabon, Styriis de cautibus ora
 Attollens, veteris disterninat arua coloni.
 Nec piger it Granis, Boghusq;, sed amplior illo
 Sarmaticis se mola iugis euoluit in Istrum
 Mox Drauus impatiens vndarum examine vasto
 Perstrepit, & spumans fluctu diuerberat astra

LIBER QVARTVS

Pergere in aduersas vndas, nec parcere cursu.
 Non secus oceano fertur Neptunus in amplo
 Iratus, Pontumq; secat, cum littora torquet
 Fluctibus, & late vicinas territat vrbes.
 Interea fremit Ister aquis, vastumq; moueri
 Aspiceres cumulum vndarum, contraq; sonantes
 Irrumpunt fluctus, Montesq; feruntur arenæ,
 Ipse super vehitur curru Deus, altaq; miscet
 Aequora, & impellit molem, mugitq; fremitq;
 Horrendum, fluuiosq; iubet sua tollere cornua.
 Inde acies turbatur equis, iamq; acta profundo
 Hærent arma vado, iam pila natantia fas est
 Cernere, & horrisono demergi corpora monstro.
 Tunc rex extollens duplices ad sydera palmas,
 Iuppiter omnipotens reges cui cura tuendi,
 Si mortem oppetere, atq; anima diuellere corpus
 Nos (ait) ordiris, melius precor astrue fatum.
 O ter foelices, quibus est occumbere bello
 Concessum superis, supremæq; funera passi
 Arma inter potuere mori, sic talia fantem
 Obruît vndarum globus, & densata volumen
 Ingens æquora agunt, tunc Iuppiter æthere summo
 Despiciens, Irim prope Thaumantida misit,
 Hæc addens, Istro qui iam tenet omnia fluctu,
 Dic coeat ripis, proprioq; nec exeat Alueo,
 Q; nisi paruerit, sumptis delabere pennis
 Trinacrium ad littus, aulæq; arcesse Sicana
 Vulcanum, vt flammis audacem torreat Istrum.
 Dixerat, illa volans iuxta caput asstitit amnis,
 Atq; Iouis mandata refert, flammæq; minatur.

H

AVSTRIADOS

Tunc simul atq; alta Thaumantida sensit abunda
 Danubiꝝ Numen, vectum super æquora curru,
 Palantes compescit aquas, omnesq; residunt
 Numinis ad nutum fluctus, placata quiescit
 Vndarum rabies, veluti cum turbine denso
 Nigrescit Pontus, ventorumq; agmine facto
 Vis rapidas aperit Syrtes, atq; omnis ab imo
 Pulsatur tellus, spumantq; ad littora fluctus.
 At vero vt flantes linquunt freta cœrula Cauri
 In sese redit, & tumidas mare temperat iras.

Tunc Cæsar iam vincat ait, nostrosq; triumphet
 Inuidia auspicio, nunc cedimus, & fore tempus
 Quo nos vera fides, seruataq; fœdera poscent
 Ire iterum in cedes, victosq; auferre periclo.
 Sic fatus sese paulatim gurgite ab alto
 Subtrahit, & regem sequitur sic cœtera pubes.

Interea Diana polo delapsa per auras
 Danubiũ vrgebat dictis, fluuiosq; morantes
 Maturare fugam, regemq; per aera Nymbo
 Sublatũ, Augustam velox Dea vexit ad urbem.
 Inde Hylecrotẽ, Cynthi quæ sola per vmbras
 Secum venari, secumq; errare solebat
 Fida comes, Roscæ, mutato virginis ore
 Ire in castra iubet, Langumq; affata potentem,
 Cui rex discedens rerum concessit habenas,
 Imperet armatas urbem traducere turmas
 Vindelicam, mœrens iam se Regina ferebat
 In thalamum, belli rabiẽ & crudele querentem
 Excidium populis, erathaud oblita suorum
 Funera, nec poterat menti dare sola quietem,

LIBER QVARTVS

Sed longe ante alios Cæsar sibi charior omnes
 Cordi erat, & Martis totam suspenſa periclis
 Ducebat noctem inſomnem, dum coniugis illam
 Cura ſubit, pugnaeque acris formido fatigat,
 Ingreſſus tecta alta domus, ſeſe obtulit vltro
 Cæſar, & ancipitem Reginam his protinus ambit,
 Cur mœſta es coniux? quæ te premit anxia cura?
 Quin age & inceptos mecum meditare triumphos,
 Cum tu victa ſacro Regina per oppida curru
 Inſubreſque tuos, Galloſque vehere togatos.
 His dictis, ingens veſtis diffibulat aurum,
 Denudatque artus Reginae, atque oscula libat,
 Et fouet amplexu, veluti cum Iuppiter almam
 Dardaniæ excepit Iunonem in montibus Idae.

Et iam clara dies tranſacta nocte rubebat
 Lampade Phœbæa, bigisque micantibus eos
 Rettulerat miſeris curas animantibus ægras.
 Protinus armato procedit milite Cæſar.
 Pſychauium inuaſurus agrum, quem fluctibus vrget
 Hinc Rhenus, tumidoque humectat ſpumeus alueo,
 Hinc nigra proſpectat patrio de nomine ſylua.
 Tunc ſubito aduentus dubias it rumor ad vrbes,
 Nec quid agant gnaræ, ſecus haud cum carbasa vento
 Franguntur, fluctuque graui ratis ipſa fatiſcit
 Concurrunt mœſti nauatæ, votisque fatigant
 Numina, cum decimæ ſurgit fragor arduus vnda.
 Iam paſſim trepidare viri, pars turribus altis
 Alpinas aptare ſudes, caſusque molarum.
 Iis formidando torquenda phalarica telo
 Armatur diuerſa locis, partem timor vrget

H ij

Secus acci-
 dit. nã mor-
 te preuentæ
 eſt.

AVSTRIADOS

Et Diuum auspicia, atq; fides violata potentis
 Arma sequi Aufriadæ, interea Offenburgia Cæsar
 Arua petit, circumq; vrbis volet agmine muros,
 Nulla mora, effusi ciues, & tempora ramo
 Palladio euincti, pacem veniamq; precantes
 Recludunt vrbem, & regem intra mœnia ducunt,
 His actis, rapidas Ophoburgia in arua phalanges
 Educit, primoq; iubet petere ocyus vrbem
 Legatos, secum breuibus mandata ferentes,
 Vt sese dedant ciues, portasq; recludant.
 Sin aliter, bellum indicant, nec plura locutus
 Circundat valloq; acies, & robore munit.
 Iamq; Atlantiacas volucem Pyroenta sub vndas
 Merferat, & vultum detexerat oceano nox.
 Tunc nigri discors imis Dea sedibus orci,
 Quæ secum e furiis vnâ coniunxerat atris,
 Vrbe furens tota, per nigra silentia noctis
 Pugnandi rabiem, subitosq; in Marte furores
 Effundit, tacitosq; efflantia pectora somnos
 Excitat, inde abiens ciuesq; vrbemq; reliquit
 Irarum voluentem æstus, passimq; videres
 Arma vocare viros, crudo & se accingere Marti,
 Dumq; huc, atq; illuc sæuit furor, orta nitebat
 Inducens Aurora diem, cum regis ad vrbem
 Deueniunt Legati, & Serentanus vt aptum
 (Hunc etenim exiguo fidentem corpore Cæsar
 Diligit ante omnes, curasq; interuocat altas)
 Affatu nouit tempus, sic incipit ore,
 Armipotens Cæsar magno de sanguine cretus
 Aufriadum, iussit nos hæc mandata ferentes,

LIBER QUARTVS.

Pro re pauca loqui, vult ergo atq; imperat, omnes
 Vt sese dedant ciues, portasq; recludant.
 Sin aliter, bellum præsens indicimus vrbi,
 At vos auxilij patriæ, nunc rebus egentes,
 Consulite in dubiis, breuiter sic talia coram
 Effatus, tacuit, tunc passim murmura vulgo
 Exorta, vt primū parua exalbescere Pontus
 Tempestate parat, notus æquora subter anhelans
 Euolat inter saxa, imisque remugit in antris,
 Vixq; refert tacitum per littora curua fragorem.
 Tunc discordis Abas excitus Numinis ira,
 Pergite, & hæc vestro regi mandata referte,
 Urbem si cupiet dedi, portasq; recludi,
 Non verbis sed Marte petat, bellumq; volentes
 Expectamus ait, sic fatus, lapsa per omnes
 Voxq; furorq; simul, strepituq; alta atria clamant.
 Nec mora discedunt Legati, & sæua reportant
 Responfa ad regem, remq; omnē ex ordine pandunt.
 Illicet armifono strepuerunt cornua cantu,
 Nunc huc nunc illuc cursatur, Cæsar ad arma
 Profilit, & solus cunctis spectatur, & ardent
 Illius ante oculos alacres occumbere campis,
 Non secus ad ripas Hebri, aut Oeagriã rura
 Aeripedes Mars flectit equos & turbine fertur.
 Adides hic aptat duros, temone Cateias,
 Iungit hic Hercynio, pars tela trabalia vibrat,
 Ardentem interea in muralem lampada portam
 Rex iacit, & calido iam strident cardine postes.
 Tunc Gabretæis quassantur tympana truncis,
 Itq; fragor cœlo, veluti cum Phlegra Gygantes

AVSTRIADOS

Protulit, & montes in montibus, ardua faxis
 Saxa super posuere, Deosq; egere pauentes.
 Iamq; propinquabant muris, Casymirus Halarco
 Quadrupedante furit, iaculisq; armatus acernis,
 Corpora subnixus pedibus, ferit obuia muris.
 Parte alia cætratus adest Hericonius heros,
 Nodosaq; ruit condensa in prælia quercu
 Hærent parietibus, pellunt, pelluntur & ipsi
 Turbine saxorum, atq; animas efflare sub armis,
 Hæc laus, hoc decus est, atq; indefessa cupido
 His inferre iugum, his se libertate tueri.
 At rex hortari, pugnaq; accendere pubem
 Dulcibus alloquiis, animæ o fœlicibus inquit,
 Natæ astris, Martisq; genus, date tela per hostes,
 Ferte facem, & sulfureo iam fulmine portas
 Vrite, nec victo præformidetur ab hoste,
 Dixerat. Aeripedem voluens, duo spicula torquet
 Horrendum in postes, gemuerunt æra sub ictu,
 Et moto tremuit nutans arx ipsa profundo,
 Tunc velut Astræi prorumpunt carcere venti
 Aeolio, & timido colliditur Adria fluctu.
 Procursum in cædem, fortes ingentia voluunt
 Saxa viri, & iactis defendunt mœnia flammis,
 Franguntur scalæ, subeuntesq; atterit ictus
 Annosæ de mole trabis, tragulisq; Sueuus
 Fertur humi miles, propius duo fulmina belli
 Et Brunsvychides, & longe animosior illo
 Irruit in cædem Langus, quem candida mater
 Extulit in lucem magnarum ad culmina rerum,
 Hunc pietas & cana fides, mensq; ardua magno

Hericum
 Brûsuyceñ.
 intelligit.

Magnæ lau-
 des Langi.

LIBER QVARTVS

Aequabit cœlo, & Latium mirabitur vni
 Ius belli, pacisq; datum, quantumq; pavoris
 Incutiet populis, cum se Germanicus ensis
 In Venetos effundet agros, gentemq; togatam
 Transferet imperio, debellabitq; superbos
 Littoris Euganei, iunctosq; infœdere Gallos,
 Tempeftas eadem bellorum, & Cæſaris arma
 Inuadent, magnasq; ruent (sic auguror) vrbes.
 Hic ergo intrepidus telo, facibusq; sub æreis
 Affultat portis, perfractoque obiice, in ipsum
 Erumpens aditum, framea retro vrget acuta
 Effusum vulgus, matrum ferit aera clamor.
 At rex vt poſtes, patefactaq; limina vidit,
 Non ſecus ac ſegetes Boreas agit, & ſibi cedit
 Propulſata ceres, latosq; volumine campos
 Immeſſo quatit, & timidus rapit arua colonis,
 Sic pugna furit Auſtriades, ſic ingruit vrbi
 Sternens cuncta ſolo, Thaumantisq; adide pectus
 Tranſadigit, Purnūq; Getam, Pheronemq; Labūq;
 Clauigerumq; Gyan merſit ſtygialibus vndis,
 Dumq; horreſcit ouans, cunctis pavor, aduolat ipſa
 Arce globus iuuenum, veluti cum fluctus ab alto
 Euulſam Calpin, Balearicq; æquora frangit.
 Diua adſis, ſeu Phocæicas tua pleçtra per vrbes,
 Seu ripæ ad ſacram reſonant Holmæidos vndam,
 Bella, virosq; refer quibus aſtris gloria ſefe
 Cæſaris extollit, venturoq; orbe propagat.
 Iamq; aderat pilata manus, regemq; requirunt,
 Perluſtrātq; oculis, globeisq; nunc molibus vrget,
 Nunc frameis acres, telisq; minantibus iſtant.

A V S T R I A D O S

Hos inter iuuenis quonon præstantior alter
 Arctoïs fuit in terris, nec fortior armis
 Clarus stirpe patrum, nomen fuit Oebalus olli,
 Quis vigor, & Martis pugnandiq; emicat ardor,
 Hic ergo immensis feriens clamoribus auras,
 Huc huc arma viri, telis terite obuia tela
 Ignaua contorta manu, sic fatus, in hostes
 Prorumpit medios, nunc magno turbine glandes
 Torquere aduersum ingentes, nunc pellere gentē
 Aufriadam, magnosq; duces, cum Cæsar ab alto
 Et fugere, & capta Tyrolæos vidit ab vrbe
 Retro ferre pedes, & desperare triumphum,
 Tunc Hyrcana velut viduo furit vberē tygris
 Montibus, & magno lustrat nemus omne fragore,
 Haud secus ense ferox excussa per agmina fertur
 Purpuream ostentans aciem, rorantiaq; arma
 Sanguine cæforum, nunc hos nunc increpat illos,
 Heu pudor exclamat, vecorsq; in pectore virtus,
 Ite o Germanæ germani haud amplius, ite
 Atq; mihi hunc Martem, pugnamq; relinquitē soli.
 Sic ait, & sæui media in discrimina belli
 Euolat, arcentesq; arcet, frenatq; ruentes.
 Parte alia intrepidus pugnans Hericonius heros
 Agmina dispulerat, ciuesq; urbemq; sonoro
 Terruerant horrore tubæ, tunc Oebalus armis
 Et facie insignis, qualem gerit æmula Phæbe
 Cum puer æstiuā lasciuit Latmius vmbra.
 Inuadit regem, & sublata missile dextra
 Intorquet telum, raptum per inane quod altum
 Sibilat, & conum regis transuerberat aureum.

LIBER QVARTVS

Haud mora cornipedis magno furit impete in hostē
 Cæsar, & autorem furibundo prouocat ore,
 Quo fugis en adsum, decus est & gloria forti
 Marte viro oppetere, atq; animā perflare sub armis,
 Sic fantem fugit ille, & sese subtrahit hosti.
 Rex instat tamen, & iam iam prensare videtur.
 Cum subito vacuas velox delapsus in auras
 Decipit, hostilem dextram & se cursibus aufert.
 Sic & in Hercynia caprea fugere Laconos,
 Aut cum dulcisoni per littora curua Cayci
 Ipsa Iouis querulos ales dispellit olores.
 Iamq; propinquabant prato quod plurima circum
 Rupes (mirandum est) tophis pendentibus ambit,
 Vna via est aditus cunctis, eademq; regressus,
 Nec nisi sese vno diffindit tramite circū
 Naturæ cœlestis opus, mediumq; pererrat
 Algidus exesis descendens cautibus amnis,
 Illuc conuenere prior rex, eya age postq;
 Sors tulit huc ambos, namq; o fortissima proles
 Mirabar quæ tu ense ferox in Marte gerebas,
 Qua patria, quibus altus auis, dic oro, loquentem
 Excipit ille, genusq; suum, patriamq; recenset.
 Qua lata Ogygij tolluntur mœnia Tulli,
 Belgarum armigeris olim possessa colonis,
 Quos & posteritas Lothoringos nomine dixit,
 Antiquis sum darus auis, qui ab origine prisca
 Sparta huc exilio pulsi venere relicta,
 Vnde mihi nomen, verū quo tempore, ferro
 Italiā armipotens Byorex inuasit & igne,
 Hic sibi scemineam Cymbra de coniuge prolem

Ficta loci
descriptio.

Alludit ad
nomē. nam
Oebal⁹ spar
tę rex fuit.

AVS TRIADOS

Substulit, & nostris cum forte appelleret oris
 Hanc ægram patriæ, & charis cōmendat amicis,
 Quæ postq̃ Mario cessit victoria belli
 Infandamq̃ patris mortem, fatumq̃ suorum
 Audiit, Oebaliō coniuncta est nubilis Othri,
 Vnde genus, stirpēq̃ traho, neq̃ em̃ ordine priscos
 Fabor auos, de me breuibus sic accipe Cæsar.

Vt fauis genitor puerum diuelleret armis
 (Horrida nam Druydum bello me orada ferebant
 Olīm occasurum) syluis me condidit altis
 Atq̃ arcus, pharetrasq̃ dedit, vestemq̃ virilem
 Exiit, atq̃ inter Nymphas errare solebam,
 Nec non barbarico teneras mihi tegmine furas
 Arctabam, crinesq̃ dabam diffundier aura,
 Hinc Nymphæ potius q̃ vir credebar, & annos
 Bis septem in syluis lustrans nemora alta peregi,
 Interea ex Nymphis pulcherrima Lyriopæa
 (Solut enim secum viuo me in flumine laui)
 Ardet amans, nostrosq̃ oculos sibi gestit apisci
 Vnde faces iactabat amor, quid plurima fando
 Cōmemorem: vt primum Veneris data copia nobis,
 Pergimus in sylvas fidoq̃ coimus in antro,
 Tunc simul ac vigiles Nympharū venit ad aures
 Nostrī fama doli, latebræq̃, & dulcia furta,
 (Namq̃ vterū heu miseræ tumidū detexerat error)
 Hanc Dryades quærunt, & Oreades, atq̃ Napææ
 Exitio, & longe iam conclamata per vmbas
 Lyriopæa amnes, & Lyriopæa cauernæ,
 Saxosusq̃ veni mons Lyriopæa sonabat.
 Quæ subito vt sensit se quæri, lumina tollens

LIBER - - - QVARTVS

Ad superos, tales effudit pectore voces.
 Promerui mutata precor me in saxa, meumq;
 Infandum caput, aut flagranti fulmine ad umbras
 Ipse adigat pater, & sic fata replebat obortis
 Illa sinu lachrymis, quid em pudor imperat: ægram
 Mœrens sola animam q̄ primū effundere in auras
 Et cupit & tædet, dubioq; in fine moratur.
 Tunc subito (infandū dictu, ac mirabile monstrum)
 In latices abiere pedes, & candida in undam
 Vertuntur crura, in limum ceu vertice crines
 Extiterant abeunt, summoq; in gurgite pendent,
 Vena fit ex oculis, fletusq; immurmurat imo
 Vnde etiam scabro gelidus fons manat ab antro,
 Illicet vt casum audiui, compendia lustrō,
 Arripioq; fugam, patriamq;, patremq; reuiso
 Calcantem, & lætus per auitos deferor agros.
 Hic Nympham exutus cingor fulgentibus armis.
 Verum auidum belli, genitor me sæpius ortis
 Detinuit lachrymis, tandem sic fata trahebant,
 Vt vidit non posse animum retinere furentem,
 His compellauit lachrymans me vocibus ultro.
 O mihi si primos annos, quibus ipse recordor
 Hercynio pugnasse iugo cum Prothea magnum
 Straui, cum centum iam caeso, armenta per umbras
 Setigerosq; fues, & ouilia victor abegi,
 Præberent superi, nunq; ista pericula solus
 Susciperes dilecte puer, nunc denegat ætas,
 Heu tecum me posse mori, miserere parentum
 Respiceq; ante tuam morientem limina matrem.
 Quo ruis? Ha saltem placeat me condere in vrna

AVSTRIADOS

Ante fugam, aut artus flammis adolere supremis,
 O spes occiduae multum expectata senectae
 Men linquis: per ego has lachrymas, & casta parētis
 Viscera, perq; istos circum mea tempora canos
 Obtestor nunc nocte moram, nec Cæsaris arma
 Tenta, dura precor, sed & hanc mihi transige vitam,
 Dixit, & amplexū ingeminat, tremebundaq; figit
 Oscula, & ex animis collo suspensus inhæret,
 Tunc velut indomiti excutiunt insueta iuueni
 Pondera, vel Libycae Garamantum vincla Leænæ
 Effugi, hancq; avidus pugnae, me contuli in urbē.

Talia dum memorat Venus alto, & Delia olympo,

Figmētum
 de Venere,
 & Diana ut
 Cæsaris ani-
 mū integer
 rimū, castū
 q; significet.

Diuersis coiere locis, Cypris alma Cytheris
 Et Papho, hæc sacra discesserat hospita Delo.
 Tunc Diana prior, veræ iactantia laudis
 Aucta tibi Cytheræa dolis, si scæmina victa est
 Inter Amadryadas longe mihi charior omnes
 Lyriopæa tuis, hausitq; miserrima flammæ
 Cum mea me Delos venantem sacra teneret.
 Et pœnas sumpsisse parum est, quin agmen amorū
 Cyprī vehis tecum, & sæuis armata sagittis
 Bella paras, iterumq; oblita sub Illo alto
 Tytidæ vulnus molli mauortia vibras
 Arma manu, non sic furiis obnoxius istis
 Cæsar erit, ne nocte dolos, Sic talia contra
 Orsa Venus, quid nostra ferox tibi dulcia quondā
 Obiurgas tela: & nobis magni obiciis arma
 Tytidæ, scis te demens per saxa ferarum
 Latmīa Mæandrum, Cydrelæumq; Myunta,
 Cum nostris, tantum gemeres iam faucia curis

LIBER QVARTVS

Errasse, & dulcem frustra Endymiona vocantem,
 Auxilium petiisse meum, nunc Delia fastu.
 Nescio quo tumida es, partesq; secuta potentis
 Cæsaris, armisonam contra fera iurgia iactas
 Pallada mortalem, quæ olim Natabus es ausa
 Et menti præferre Iouis, iam nulla Deorum
 (Pro scelus) astrifero regnat sapientia cœlo,
 Namq; tuo superata Ioue est, mortalibus vllis
 Ne dum præponis magnū & memorabile peccus
 Austriadæ, At nostrum non sic, & Numen, & arcus
 Nequicq; Paphij, flammæq; cupidinis ibunt.
 Talia subridens olli Venus alma locuta est.

Interea Austriades paucis affatus, ad arma
 Profilit, & rapidos metitur in æquore cursus.
 At contra bellî cupidus non segnior ibat
 Oebalus, & lato sæuit vis Martia campo,
 Ensem alter vibrat, claua furit alter acerna,
 Aureaq; ambobus sublimi in vertice fulget
 Cassida, & horrentes diffundit in aera Cristas,
 Tunc velut excussa terris cum nube corusca
 Fulmina bina ruunt, volat æthere Iuppiter atro,
 Ambo acres animis, armis fulgentibus ambo
 Insignes ineunt pugnam, ardentescq; duello
 Ingeminant ictus, quibus alta cacumina rupes,
 Saxaq; & exesæ longe sonuere cauernæ,
 Oebalus aduersum putri rotat æquore loro
 Puluerulentus equum, regemq; inuadit, & inquit.
 Quo fugies? nunq; hæc te nostris subtrahet armis
 Sæua dies rex, extremo tibi debita fato.
 Sic ait, & rigido squallentibus ære lacertis

AVSTRIADOS

Tela vibrat, regemq; vrgens, instatq; premitq;
 Impatiens, pugnaq; minax secat aera trunco,
 Nunc pectus, nunc ora ferit, nunc pondere vasto
 Regem abigit, vires olli Venus alma ministrat.

At Cæsar veluti Getulas arma Leænas
 Principio vitare ferunt, & temnere fraudem
 Hostilem, at postq; violentior ingruit hastis
 Venator, fuluasq; iubas, & colla sub auram
 Tollere, & immenso deferri in tela furore,
 Conceptâ agglomerat rabiem, nec fundit habenas.
 Rex primo irarum, sed postq; audacia cernit
 Vulnera, tunc avidus certandi increbruit ardor,
 Et ruit in pugnam, & violenta perfremit ira.
 Ac iuuenē aggressus, qua cassida lubricus anguis
 Implicat, & circum tortus caua tempora serpit,
 Ensem agit indignans, perge, & Calcanta reuise
 Nunc ait, infœlix, quantum o meliora secutus
 Auspicia in syluis, dixit, vulnusq; profundum
 Emicat, exanguisq; ater cruor inficit ora.

Tunc Venus armatū contra struit agmen Amorq;
 Ipsa autem niueos per inane impellit olores,
 Et ridens certamen in it, cestiq; reflexo
 Aurea carbascos nodo substringit amictus,
 Et telum vibrat, quo cœlum, hominesq; feræq;
 Squamigerumq; genus sub aquis, pictæq; volucres
 Inflammas, & in arma ruunt, penitusq; sub haustis
 Vulnerus alunt venis, cæcoq; vruntur ab igne.
 Utq; Deum agnouit, veniam præfatus, in illum
 Effurit Austriades, molleisq; repercutit ictus.
 Nec mora circumstant Natorum armata sagittis

LIBER . . . QVARTVS

Turba ingens, verruntq; alis stridentibus auram,
 Iniiciuntq; faces, & in intima pectora condunt.
 Arma sonant regis, Paphio tonat æreus umbo
 Turbine, nec tanto potis est se Marte tueri.
 Protinus indignans contra se Delia pugna
 Expedit, hic tuus est nequicq; inuentus Adonis
 O Cytherea inquit, gelidi & Symoentis ad vndam,
 Nec Phrygium roseis Heroa amplecteris vlnis.
 Sica ait, & velox in Cyprida torquet Hiulcum
 Telum vastum, ingens, & inexuperabile pondus.
 Illa instructa dolis rapidum subterfugit ictum
 Atq; fugam meditantem, & telo pressat inanem.
 Exclamat Cæsar non sic impune, per umbras
 Ceu fugit ex oculis canis umber, & inter anhelans
 Agmina ceruorum sæuit, glomerataq; morfu
 Dissipat, extemplo per cœtum inuectus Amorum.
 Sic furit Austriades, victorq; immania tela
 Vibrat, & Idaliæ distringit sæua mamilla
 Vulnera sub niuea, scissus fluit æquore cestus,
 Dulceq; purpureo manat pro sanguine nec̄tar.
 Ut Venus infectam grandi se vulnere vidit,
 Agmina Natorum vocat, & sublata remittit
 In Paphon, ipsa abiit cœlum sublimis in altum,
 Inq; sinū lachrymans magni est conquesta parētis,
 Quam sic omnipotens solatur Iuppiter ægram.
 Perfer ait, toleraq; graueis mea Nata dolores
 Fata vrgent, superantq; Deos, & voluere parcas
 Omnia, sic placitū, belli Mars arbiter olim
 Passus Aloidas fortissima corpora fratres
 Vincula moliri, & forsan periisset in illis

Ad naturā
 amoris non
 ad cæsarē res
 spiciendū est.

Nota figmē
 tum, nā nos
 bis cauedū
 est, ne appet
 titus telum
 nobis acci
 piat. i. ratio
 nem. nā cū
 semel admit
 tit perpetuo
 uincimur,
 nisi Cæsar
 auxiliet, id
 est Deus.

hic antiquo
 rum opinio
 nem de fati
 sequit, alibi
 Deo omnia
 tribuit.

AVSTRIADOS

Hunc nisi Maiugena tollendum Eribæa dedisset
 Mercurio, qui clam (nāq; is Deus est quoq; pollens
 Præstigiij) vacuo mauortem exemit ab ære.
 Vulnere quin etiam Alcida Saturnia Iuno
 Percussa indoluit, stygium quid in arma furentem
 Plutonem memorem; qui telo saucius illo est.
 Dixerat, & Natæ cruciatus fouit acerbos.
 Hercynidum interea Nympharū turba per auras
 Dianam exportant, roseaq; in valle recondunt.
 Cæsar adhuc feruens pugna, & præ turbidus æstu
 Martis, ad exanguem iam iam volat Oebalon, ille
 Perdidit grandi confectas vulnere vires,
 Et caput in teneros moriens deflexerat harmos.
 Vtq; solent crebra iam proni grandine flores
 Præ tenera languere coma, vel lata per arua
 Procidere occiduo Lethæa papauera collo,
 Ille tamen cubito innixus, fœdosq; cruore
 Attollens vultus, & pallida morte futura
 Lumina, sic regem supplex affatur ouantem.
 Vicisti tandem, lætorq; hoc vulnere Cæsar
 Effudisse animam, nec dignior exitus vlla
 Morte parandus erat, sed postq; frigore membra
 Soluentur, precor adde rogo ne præda ferarum
 Fiant, aut putres iaceant in operta per agros.
 Præterea si vnq; patrios inuisere fines,
 Et calcanta senem dabitur, mœstamq; parentem
 (Magnanimi patris pietas tibi si qua remansit)
 Egregiam mortem & casus solabere nostros.
 Dixit, & infernas anima est delapsa sub vmbra.
 Interea captam victor volat ense per urbem

LIBER QVARTVS.

Cæsareus miles, sternit cuncta igne, manuq;
 Hostili, clamorq; virum, clangorq; tubarum
 Tympanaq; & rudibus resonabant æra flagellis.
 Nil sparsum cædi, tolluntur in æthera voces,
 Horrídaq; immensos expandunt arma furores.
 Dumq; interfuso faciatur sanguine miles,
 Cæsar adest insignis æquo, costoque superbit
 Idalio, rigidis præreptaq; cingula bullis
 Gestat ouans, gentis casum miseratus, & urbem.
 Demulcet dictis animos, & temperat arma,
 Non aliter venti diuerso ex orbe profecti
 Bella gerunt, trepidoque Illisa tonitrua mundo
 Fulmineum extollunt impacta nube fragorem,
 Sicanio at postq; profert caput Aeolus antro
 Seditiōne vacant, & bella incepta relinquunt
 Iratiq; fremunt vecte, & duro obice clausi
 Atria concutiunt resonantibus ardua saxi.
 Sic Cæsar, sic miles erat, sic Martius horror
 Placatur, iam cuncta fide capit inde sequestra.
 Protinus armato procedit milite Cæsar
 Corpus ad Oebalium, circumq; exercitus omnis
 Funditur, & flauos miratur puluere crines,
 Oraq; iam nigro fœdataq; membra cruore,
 Nec mora sublatis cadit icta securibus Ilex,
 Mortiferæ taxi, & coniferæ cyparissi
 Procumbunt flammarū vsu, roguis ilico in auram
 Tollitur, atq; ingens lignorum increscit aceruus.
 Interea corpus fœdatum in flumine viuo
 Abluitur, totosq; oleum perfunditur artus.
 Imponuntq; pyræ ramo frondente cupressi.

AVSTRIADOS

Irrorat cunctos, plenaq; incumbit acerra
 Ladus, & armato Cæsar ter milite lustrat
 Congeriem, ter defletos iam voce supræma,
 Oebalios Manes iterumq; iterumq; vocauit,
 Aeternumq; vale dixit, iamq; ignibus atris
 In cineres abiere artus, quos protinus aureo
 Imposuere tubo, fractisque a culmine faxis
 Instituunt versu factum monstrante sepulcrum.

F I N I S.

LIBRI QVINTI ARGVMENTVM.

Quintus continet gesta Alberti ducis, & primo eius orationem ad milites, inde Landouij obsidionem, cui Georgius Rosoburgus pro palatinis præerat. quod cum tueri non posset noctu fugam arripuit, non citra militum Alberti suspitionem. Inde frustra ab Albertinis Neoburgum obsessum, missosq; ad oppidum oratores Polydamantisq; seditionem. eiusdemq; superbam orationem, quædamq; & prælagia, & uaticinia futurarum cladum. Interea Phalsgraphidæ Draunam aggrediuntur. diuq; cum pugnatum fuisset, oppido potiuntur. Hoc Cæsar cum accepisset ueritus, ne Alberti exercitū quoq; inuaderet, subsidio uenit. eiusq; consilium circa rem bellicā describitur. At Pallas nuntiat Roberto coniunctas acies esse, & futuram pugnam. Interea Vcalegos explorator capitur, qui Cæsari ex summo montis iugo Roberti Phalanges enumerat, & per occasiōem hanc Cathalogus, quem consulto prætermiserat, describitur. Sequitur pugna atrox, non solum hominum, sed etiam Dearum. Nam dum Cæsar, ac Robertus duello certant Palladis et Dianæ certamen ingens recitatur. vulneratur Pallas a Cæsare, sed a Mercurio dirimunt. In fine Polydamantis subsidium, & mors, & Roberti non sine laude ex pugna discessus, quo Poeta eius futurā mortem significauit.

AVSTRIADOS LIBER V.



Oluerat Arctoo meritas in littore Cæsar
 Exegas tumulo, dederatq; nouissima yba,
 Cum subito totū percurrat nūtia Rhenū

LIBER QVINTVS.

Fama mali, rectiq; loquax, vt vicerit armis
 Indomitum genus, atq; Othobergi strauerit arcem.
 Te quoq; dux Badæ montes, & saxa Gerunthi
 Aiebat superasse, atq; inuidiosa Tyranni
 Præsidia, ipsis & mortalibus & sacris Diis.
 Tunc subito riguere animi, timor omnibus idem
 Ne circum streperent regalia cornua muros,
 Nec mora deduntur cuncti, poscuntq; sub altis
 Caesaris inniti foelices fascibus vrbes.

Interea vndisonū dum trans parat agmine Rhenū
 Deuecto Helfaciam, & rapti confinia regni
 Irruere, armipotens per Norica rura quiescīt
 Nequicq; Albertus, varias sed ab arce phalanges
 Munychia educit, telisq; armata iuuentus
 Intexto squallere auro, duroq; orichalco
 Cernitur, argentumq; nitet, pallensq; electrum
 Vndiq; & A eripedes phaleris gēmantibus ardent,
 Quæq; armis via sceta est, vt varia agmina magnū
 Compleuere forum, princeps sic aggere ab alto
 Incipit Albertus, gratoq; hac ore profatur.

Hactenus o socij conabar meq; meumq;
 Conseruare genus vobis, neu bella per arua
 Norica feruerent odiis exorsa prophanis,
 Vos teste duco, multos optata per annos
 Pax fuit, & nullis audita est Buccina campis,
 Vndiq; pendebant nigra rubigine & æuo
 Consumpti chalybes, at nunc horrentia nobis
 Instant bella viri, iustam dinoscite causam,
 Iam vestros prædantur agros, iam funditus vrbes
 Diruere incipiunt hostes, contraq; feruntur

A V S T R I A D O S

Securos patriæ, quare quod cernitis ipse
 (Testor quæ norunt bellandi Numina causas)
 Obiiciam caput, vt vestris a mœnibus absit
 Quæ se Boiugenas expandit flamma per vrbes,
 Addo q̄ & Cæsar referens victricia signa,
 Arguit abiectos animos, Martemq̄ mouere
 Nos iubet, atq̄ armis ablata reposcere regna,
 Parte alia Obnobiis deductū e montibus agmen,
 Vrget Langraphius, Virthymberzentius heros
 (Vt fas est) ad bella volat, quid Norica castra?
 Excitūq̄ hoc Marte genus? iam scimus vt altis
 Prorruat in pugnam commota Sueuia lucis,
 Nos solum ignaui iusto sine Marte fruemur
 Hac aura? aut nulla pensabimus ocia laude.
 Quod petimus nostrū est, propriū nisi fallor, habēdi.
 Dii causa certare iubent, & Iuppiter æquis
 Inceptis aderit, fundetq̄ in pectora vires.
 Vos modo confirmate animos, magnumq̄ parate
 Pugnandi robur, dextrasq̄ assuescite Marti.
 Nosco animos, vultusq̄ truces, nosco ora triumphis
 Digna virum, & belli facile victura labores.
 Nec vos prætereat quæcunq̄ pericula nobis
 Sors dabit, experiar primus, nec plura locuto
 Assensere omnes, & resplendentia tollunt
 Pila viri, circunq̄ fremunt, & castra moueri
 Q̄ primum vellent, telosq̄ occurrere telis.
 At dux sat belli gnarus, Martisq̄ futuri
 Tercentum exarmat currus, & ab arce ruentes
 Munychia spectant matres, nuptæq̄ puellæ
 Mœnibus ex altis, atq̄ amnica murmurat vnda

LIBER QVINTVS.

Vocibus, & vulgi votis obtunditur aer.

Itur Landauum, cuius stant moenia ripæ

Alta Iseris, celsæ tolluntur ad æthera turres.

Huic equitū, peditumq; manu, Rhodomontius vrbi

Gorgias præerat, durusq; feroxq; sub armis

Tormentis, fossisq; atq; altis molibus urbem

Cinxerat, utq; tubas sensit, crepitantiaq; æra

Quemq; suo iubet esse loco, & propellere primos

Aggressus belli, primisq; obstare periclis.

Hic laus, hic labor est nullo debilis æuo.

Talia dum memorat, campo se exercitus omnis

Fuderat, & muros equitum iam cinxerat alis.

Cætera pars lato figit munimina campo.

Interea alpinis Phœbo, de montibus vmbrae

Occiduo subeunt, & sydera cepta videri.

Tunc sese peditesq; equitesq; in castra reducunt,

Atq; mero indulgent, & somno corpora curant.

Et iam transierat reuolutæ Buccina noctis

Tertia, tum subito Albertus, Casymirus & heros

Zornyus euentum belli, casusq; futuros

Secum agitant, alto tandem cum crastinus ortus

Fulserit, oceano latos placet vndiq; muros

Cingere tormentis, portasq; inuadere flammis.

Dum belli heroas sic cura agit, aurea vultus

Erexit Croceos aurora, diemq; reuexit.

Inuadunt urbem, tormentaq; curribus altis

Imponunt, omnesq; volant ad moenia turmae.

Pars facibus ruit ad portas, pars moenia acernis

Subsiliunt scalis, tonitrus pars excitat æreos.

Et muros quatit, & turres, & templa Deorum.

Georgium
Kothoberg
intelligit.

AVSTRIADOS

Gorgias contra intrepidus, dextraq; animoq;
 Decertare pari, nec non sic cætera pubes
 Suscipere ingentes ausus, murosq; tueri
 Horrendasq; trabes, lapidumq; ingentia voluunt
 Pondera, nec locus est qui tempestate furentis
 Mauortis careat, conuexa irrumpit olympi
 Pugnantum clamor, fremitus, clangorq; tubarum
 Et longum, & vastum tonat ærea machina belli,
 Condensq; diem fumo, & caligine cœlum
 Obnubit, fieriq; Chaos, noctemq; putares.
 Pars muri iam strata solo est, aditusq; patefcit
 Hostibus, & Ponto nisi se mersisset Ibero
 Cynthius, hæc belli lux iam supræma fuisset,
 Sic vtrinq; animis lassatus pugna dirempta est.
 Dux ipse in teea multos horrentia clausit
 Arma dies, tantum ne quisq; exiret ab vrbe
 Sollicitus, cœli nutus, & sydera seruat
 Dexterâ, tunc vetitos sibi promissura triumphos,
 Ut tempus venisse ratus, tunc imperat omnes
 Venturo capere arma die, & tormenta parari
 Ladouij excidio, quod cum venisset ad aures
 Gorgiæ, subito fugiendi cepit ab vrbe
 Consilium, cum nigra polum discluderet vmbra,
 Et præmeret placidus mortalia pectora somnus,
 Et iam vix cœlo tollebat cornua Phœbe,
 Atq; incerta viæ mortalibus astra micabant,
 Ductor Phalsgraphides, secūq; animosa iuuentus
 Semirutas moles murorum, urbemq; relinquunt,
 Pergentes tacitæ per nigra silentia noctis,
 Atq; ita per medias acies, percq; obruta somno

LIBER QVINTVS

Corpora, & armatas tuti euasere phalanges,
 Incertum ne dolo vigilum, an sic fata trahebant
 Incolumes, ergo cum primū abiisse relatum est
 Phalsgraphidas, vastamq; urbem, murosq; iacentes
 Deseruisse, fugam strepitumq; audisse virorum
 Ut nullum inuenit, dux Boius æstuat ira,
 Hinc tales tumido depromens pectore voces,
 Nusq; tuta fides, captum, atq; in vincla coactum
 Permissum est inquit, non ignorantibus hostem
 Elabi a vobis, commissa nefarius ille
 Non luit, & sacra ceu victima fugit ab ara
 Martius, his dictis, Neoburgi ad mœnia ductor,
 Dirigere hostiles turmas, aciemq; parabat,
 Sed primum tentare fidem, & mollire precando
 Constituit ciues, tunc Lynzius Astur, & acris
 Hyphiades, quibus hanc dux curā iniūxerat, ambo
 Hostilem adproperant excelsis mœnibus urbem,
 Mirantur qui gentis honos, quæ fortia bello
 Pectora, qui vultus vigeant, Martisq; cupido,
 Dum lustrant urbisq; minas, surgentiaq; astris
 Culmina murorum, tractasq; in nubila turres,
 Concilium, ciuesq; vocant, & stante senatu
 Incipit Hyphiades, & talibus orsa capessit.
 Aduentus nostri fuerit quæ causa, videtis
 Egregij ciues, furor vndiq; & vndiq; bellum
 Exoritur, tanti quis non primordia Martis
 Nouit? & exertum coniuncta in viscera ferrum?
 Dij tantum prohibete nefas, ne sanguine ab vno
 Danubij fluctus, Isæraeq; ferueat vnda,
 Non equidē ignari gens quantū exasperet armis

A VSTRIADOS

Norica, quæ rabiem nescit componere belli.
 Quare agite o ciues dextram coniungite dextræ,
 Albertumq; vocate, atq; intra mœnia læti
 Excipite, æterni sint nobis Numina testes
 Quæ cupit hos meritis muros ornare triumphis
 Dux noster, Boiisq; magis colere omnibus urbem.
 Boiugenas, reget hic populos, sedemq; locabit
 Perpetuam regno, pacemq; & fœdera iunget
 Auspiciis diuum, lateq; superba Trophæis
 Vsa diu vetitis, gens nostro Marte subacta
 Vltro præbebit timidas in vincula palmas.
 Victor adest Cæsar, qui Boica ad oppida tendit
 Cognatas aucturus opes, iamq; innatat Istrum
 Huc flammatus eques, deuictosq; agmina Rheno
 Diriget in vestros fines, & strage replebit
 Cuncta hoim. Quid Marte truci, dextraq; potentem
 Langraphiũ memorem? Euanthis furit Hassia secũ
 Littoreq; armantur mauortia castra Salæo
 Parte alia bellum Virtymberzentius heros
 Mouit, & horrifonis populat trepidantia turmis
 Regna Palatini, & iam sic Deus annuit alto,
 Desperata salus populis, dominoq; Philippo
 Depressit fortuna caput, quid prorogat vltra
 Inuidiam? regni motus, venturaq; Boiis
 Excidia, & magni vires fractura Roberti?
 An solum Albicolis tutari scepra Boemis
 Quamq; se totis, fundant Hermundura regna
 Viribus, & nostri spretor Multauiã ritus
 Efferã calcatis huc transferat agmina ripis,
 Credet? & in tuto spem ponere? proh inscã veri

LIBER QVINTVS

Auerso mens acta deo, tantumne feretis
 Exitium ciues? supra ne funera passi
 Cernetis dira consumi mœnia flamma?
 Dixit, & orandi facto sic sine quieuit.

Stabant ancipites cuncti, cuneosq; per omnes
 Fluctuat huc illuc plebes, & nescia certi
 Iam quid agat, dubiasq; tenet sententia mentes.
 Tandem Polydamas, quo non furiosior alter,
 Induit arma minax, sese titubante senatu
 Coniicit in medium, rupitq; silentia vulgi
 Fatorum ignarus, violentoq; ore profatur.

Quod scelus o ciues, vano cur victa timore
 Pectora vestra labant? quæ tanti causa pauoris?
 Pro re pauca loquar, neq; enim facundia nobis
 Quærendi causas, vter hoc sibi iustius armis
 Vendicet imperium, diriment has prælia iites,
 Ensis erit iudex, non magni Cæsaris ardor,
 Nec quæ Munychia properant ex arce phalanges
 Impune ad nostros conuertent agmina muros,
 Dedant se Hellsacj, pictisq; armata Couinis
 Belgarum soboles, viuant, auracq; fruantur
 Indecores animæ, quibus est in territa virtus
 Semper amant cum laude mori, fatumq; pacisci.
 Forsitan externo cariturum Marte Robertum
 Creditis? & solo committere regna Boemo.
 Quicquid multifido mundi spectatur ab Istro
 Quiq; Borystenidas rupes, Mœotia quiq;
 Littora circū habitant, Tanaisq; in flumine potant,
 Qui nostras dirimit terras, Asiamq; rescindit
 Europa, & nostro præbet confinia mundo,

K

Per Polyda
 manta sedi
 tiosum quæ
 q; intelligit,
 & rōni mi
 nus parentē

AVSTRIADOS

Ad tantos venient metus, properabis ab altis
 Rypheis Rhoxane iugis, tinctisq; veneno
 Sarmata Amaxobios duces in castra sagittis,
 Qua vastis fluit Indus aquis, contraq; renitens
 Ganges aduersum cursu delabitur Eurum.
 Descendent ad bella viri, totamq; cimus
 Assyriam, claramq; Ninon cernetis eoum
 Auxilio rigidos Acesinem impellere Mallos.
 Orbis erit noster, nec plus de Cæsare quicq;
 Fama canet, soli cunctis dominabimur oris.
 Sic ait, atq; enssem vagina extraxit eburna,
 Excitat abiectas acuitq; in praelia mentes.
 Exclamat tunc vulgus hebes, sequiturq; malorum
 Quod dederat fortuna caput, placet ire per ipsa
 Vulnera, & in patrio dextras maculare cruore.
 At quos fors melior ducit temeraria damnant
 Dicta patres, regniq; vident præfaga ruentis
 Nuntia plebæo semper damnata furore.
 Namq; super celsa quæ infra despectat in urbem
 Arce audita loqui cornix, ac promere voces
 Humanas, fatumq; Deo spirante profari
 Heu miserum quid bella paras? superabere certa
 Lege Deum, & medio feruentis turbine Martis
 Arripiere tuis, solioq; locabere olympi.
 Hæc patrum turbare animos, sed maius in vrbe
 Prodigium fœcere Dei, nam fulgur ab alto
 Horrentes per inane faces, sudumq; trahebat.
 Quod postq; fumo lucentem clausit olympum,
 Demersitq; iubar densa caligine Phœbi,
 Indigetes petit igne Deos, arasq; calentes.

Non secus
 Alpinas
 Aut cum
 Imbelle
 Prætere
 Infoliti
 Persept
 Accipit
 Danub
 Vapira
 Vlla pal
 Tempis
 Numinar
 Si qua sol
 Si te ce
 Patriu
 Quam
 Etatur
 Erit, &
 Tales fac
 Quis sol
 Cædec
 Quæ v
 Fata du
 Euent
 Regni
 Disp
 Lumine
 Sic Deu
 Theban

LIBER QVINTVS

Non secus ipse tonans nebulosa cacumina Pindi,
 Alpinasq; niues, gelidumve effulminat Othrin.
 Aut cum flagrantis Libyes conuersus ad oram
Imbelles mauors, summumq; **exterret Atlanta.**
 Præterea fleuisse feras, Manesq; sub urnis
 Insolitis vlulasse modis, Ereboq; relicto
 Persephonem mediam furias agitasse per urbem
Accipimus, passimq; sacri incrementa per agros
 Danubij, & multas disiectas flumine villas.
 Utq; iræ patuere Deum, & discordia mundi
 Visa palam, timuere omnes pueriq;, nurusq;
 Templis dona ferunt, sacras voluuntur ad aras.
 Numinaq; exposcunt veniam, facta impia quondã
 Si qua forent soluenda patrum, præsensq; piandũ
 Sit sceleris quicq;, dum talia voce præcantur,
 Patritio assurgit mulier de sanguine creta,
 Quam Diuũ exagitat verus furor, illa sub auras
 Effatur secreta poli, lacrymosaq; pandit
Exitia, & magnas ventura in prælia cædes.
 Tales fatidico referans e pectore voces,
 Quis furor o superis; iam pila minantia cerno,
 Cædeq; spumantes fluuios humentis Adulæ,
 Quæ volitant animæ circum; nosco eruta magni
 Fata ducis, Natiq; & charæ coniugis vmbra.
 En venit Hercyniis bello gens effera syluis
 Regini peritura solo, tantum ne feretis
 Dij spectare nefas; his dictis, torua vagatur
 Lumine, & exacto iam lassa furore quieuit.
 Sic Deus eo is agitat Nyseidas antris
 Thebanasq; nurus stimulos cum sentit Agaue,

Hæc infra
 lib. x scri-
 buntur.

K ij

AVSTRIADOS

Et furit Ogygias Euanthis turba per umbras,
 Tunc dira instabilem terrent praefagia plebem,
 Patritiumque genus, ne rursus terra, fretumque,
 Aer & vasto splendentia sidera mundo
 Sint priscum passura Chaos, confusaque rerum
 Forma, indigesta redeant elementa figura,
 Polydamanta tamen, possunt haud vlla mouere
 Signa Deum, cui dira intus furialis Eryto
 Gliscit, & arma vocat, plebemque ad bella pauentem
 Hortatur, suadetque omnes ea temnere Diuum
 Fulmina, quid nescit, tum se, calor aethere summo
 Ceu nobis quondam patres memorare solebant.
 Materia superante pati, nimiumque recusat
 Impatiens natura inquit, sunt astra, polusque
 Librato coniuncta gradu, globus aere terrae
 Tollitur, ipsa sinu magnum fert Nerea laxo,
 Quod superest, mundumque ipsum, seriemque fatigans
 Respuitur passim, hinc hominum, pecudumque repente
 Monstrifici partus, hic alto ardere cometem
 Vidimus, atque modis flagrantis aethere miris
 Effulsisse trabes, stellamque arsisse cadentem,
 Hinc tonitrus fiunt, & fulgura saepe sereno
 Visa polo, & pauidas terrenis fulmina gentes.
 Creditis o miseri parua haec momenta quietos
 Sollicitare Deos, istisque inuoluere curis?
 Arce tonans placida regnat, fruiturque beata
 Pace, nec in nostras flectit sua lumina sedes,
 Nec vos foemineae moueant ludibria vocis
 O vere lymphata Deo, Bacchoque repleta.
 Dediticit Cortyna loqui, non Pythia sacro

Fert antro responsa magis, nec vera tonantis
Amplius Idaliæ præbent oracla Columbæ.
Definimus nouisse Deos, solum ensis, & arma
Concedunt nobis meriti commertia cœli,
Dixit, & abrupto passim sermone vagatur,
Accenditq; animos dictis, ac suggerit iras.
Non sic oceano fluctus voluuntur in alto,
Aut cum Ryp hæo Boreas de vertice pronus
Taurominitanæ turbat vada cæca charybdis,
Vt plebes, vulgusq; minax (sic fata iubebant)
Fluctuat huc illuc, Martisq; furore trahuntur
Ignari, quid sorte datum, quo subdola belli
Perducat fortuna reos, sic vndiq; clamor
Per ripas Iseris, vallesq; reuerberat imas.
Legatosq; iubent patria discedere terra,
Ite aiunt propere, regiq; hæc dicite vestro,
Non illi in nostros ius esse impellere fines
Armatas acies, dextraq; & fœdere iungi
Poscere nos vanum, qui Marte tuebimur urbem,
In cædes chara pro libertate ruentes,
Bello opus, hæc summa est, his dictis sæua reportat
Hyphiades responsa, & Polydamanta recenset
Vocibus instabilem stimulasse ad prælia turbam.
Tunc dux magnanimus, quo non præstator alter
Boiorum tellure fuit, seu comminus ense
Pugnandum foret exerto, siue eminus hasta,
Voluit cuncta animo, & curarū impellitur æstur.
Et iam ver tepidum, & solito fulgentior annus
Dispulerat de monte Niues, & læta fugarat
Temperies nostris brumalia frigora terris.

AVSTRIADOS

Phalsgraphides tūc arma mouēs rapidū ilicet Aentū
 Gorgiā petere, & Praunā properantur ad urbem
 Dirigere hostiles turmas, & cingere muros
 Obsidione iubet, delecto milite ductor
 Mandata exequitur velox, tribus agmina castris
 Effulsere vrbi, extemplo per mœnia ciues
 Armati trepidant, æratasq; excita currunt.
 Præsidia ad portas, alij de turribus altis
 Prospectant acies, fufasq; per æquora turmas.
 Dum sic attoniti perstant, & posse tueri
 Diffidunt sese, instructas properare cohortes,
 Et vexilla vident ferri sublata per auras.
 Tunc arma arma vocant, concurritur vndiq; telis,
 Vimineoq; horret scutatus in aggere miles
 Pro portis, sæuiq; inhi at præludia belli.

Ecce aut̄ infestæ iam propugnacula phalanges
 Phalsgraphidæ inuadūt, palosq; trabesq; præustas
 Corripiunt, fidoq; intextas vimine crates
 Discindunt, contra miles Praunæus ab alto
 Hostilem frameis, saxisq; ingentibus, iram
 Arcet ab incepto, sic par fortuna duorum
 Visa diu, tandem Martis gliscente furore,
 Phalsgraphidæ fracto pepulerūt aggere in urbem
 Præsidium, murosq; inuasissent nisi præceptis
 Sol Tartessiacas subiisset Delius umbras.

At ciues intus trepidare, & vulgus inerme
 Præsidium arguere ignauum, signisq; latenter
 Detrectare vident pugnam, vultusq; fugaces.
 Postera ab oceano roseis aurora rubebat,
 Cum nigri humentes abiissent aeris vmbrae

LIBER QVINTVS

In cœlum subuecta rotis, tunc Martius horror
 Phalsgraphidum inuadit muros, dangorq; tubarū,
 Aereaq; immensum dirumpunt tympana cœlum,
 Qui subito externi rumor peruenit ad aures
 Militis, Aenanae ferrata repagula portae
 Abscidit, & fugiens potiundam deserit urbem
 Hostibus, atq; ultra pauidum se surripit Aenum,
 Vt fuga praesidij visa est, patefacta repente
 Vrbs Palatinis ductoribus, ij sine caede
 Ingressi, statuunt laeti sacra praestitibus Diis.

Phalsgraphidum interea Caesar victricia signa
 Ac simul & turpi victam certamine Praunam
 Accepit, magnum Albertum, fratremq; sub armis
 Volphantum ardentem, Noeburgi moenia contra,
 Armorumq; minas, iramq; inferre nocentem,
 Tunc illis metuens animosi tela Roberti,
 Ira etenim exciderant animo cum Norica castra
 Deseruit, motoq; indignans cesserat Iistro,
 Auxilium parat, atq; infestis agmina signis
 Helfaciae intrepidas quae iam conuerterat vrbes,
 Ducit ouans, lserimq; petit, iamq; arua tenebat
 Foeta armis, cum fama volat, spargitq; repente
 Subsidio innumeras regem ductare cohortes,
 Non aliter fractae vires, q; si sua mauors,
 Vibraret lato feruens hastilia campo,
 Infrenesq; Getas, gelidumq; impelleret Haemum.

Interea Albertus magna stipante caterua,
 Affatur cunctos, auget praesentia robur
 Militibus gaudent dominum spectare loquentem.
 O socij mecum qui per discrimina belli,

Caes. Alber
 to i auxiliu
 uenit, pietas
 tis maxime
 laus, qui &
 si animu su
 spectum co
 gnouerat ta
 men ei dees
 se noluit.

AVSTRIADOS

Per dubios Martis casus, per tela fuistis,
 Tempus adest inquit, quo nostrū auctura perenne
 Sit fortuna decus, iam nomen quærite ab armis,
 Omnis amor belli tanto est in milite maior,
 Quanto maior erit famæ, laudumq; cupido
 Sunt Cymbrī testes, Latīq; per arua furentis
 Theutones, & Belgis raptæ confinia terræ.
 Testis lentus Arar, & picto Lingones arcu
 Hæduus, & rapidis certans gens Sequana bigis
 Rege olim victa, & nostris tremefacta cateruis,
 Degeneres non arma ferunt, sed ad ocia proni
 Indecorem segnes ducunt sine nomine vitam,
 Nunc haud externis bellum committimus oris,
 Pro patria pugnare datum, sunt oppida nobis
 Rapta palā, & nostris prohibent considerare regnis.
 Quod genus hoc hoīm? quis non Theutatis adoret
 Iam sacra? & diris horrentem altaribus hæsum
 Bellum iura premit, raptō dominamur, & ipsas
 Prosequimur cædes, fascq; omne licentia rupit.
 Vincimus Hyrcanas gentes, & Taurica regna
 Delectu scelerum, iamq; ipsa minora Vetoldi
 Acta trucis, vitos vrsorum in pellibus artus
 Insuere, atq; feris demum obiectare solebat
 Immanis, sed nos nunquid damnabimur ipsi
 Tam viles animæ? picto vehit aduena currū
 Ingentes prædas, terit omnia, raptaq; castra
 Arbitrio premit ille suo, semper ne feremus
 Hoc tantum durare nefas? in limine sæuit
 Iam bellum, & patriis ceu capti degimus oris.
 Tollite nunc animos, & vestra insueta domari

Pector: B
 Caesar: M
 Quibiam
 Verui
 Sic ait
 Necr ab
 Signa
 Ertlon
 Crinit
 Tandem
 Tollit
 Tunc re
 Quod e
 Quand
 Phalgi
 Ling
 Qual
 Ille con
 Etnos
 Fellos
 Phalgi
 Sic ait
 Boius
 Demer
 Postera
 Vasa leg
 Corpor
 Castra d
 Aegic
 Numen:

LIBER QVINTVS

Pectora, dictorum memores estote meorum!
 Caesar adest, nostrosq; iuuat in Marte labores,
 Qui belli mator amor, quod fulmen in illo est.
 Ut ruit in caedes, ut turbine coniicit hastam,
 Sic ait, & verbis pugnandi inspirat amorem,
 Nec mora dediu fulserunt Caesaris alta
 Signa iugo, & rauco strepuerunt cornua cantu,
 Et longum sonuere tubæ, perq; agmina Caesar
 Crinibus intonsus micat, & fulgentibus armis.
 Tandem acies coeunt, & iam nox humida caelo
 Tollitur, & reuehit fessis optata quietem.
 Tunc rex Albertum verbis affatur amicis.
 Quod contra vertis Noeburgū haud consulo bellū,
 Quandoquidē ingentes nos contra armare phalāges
 Phalsgraphidē fama est, ne Marte premamur utroq;
 Linqnenda obsidio, campiq;, atq; ora Byburgi.
 Qua Phylsi tenuis perlabitur vnda, petenda est.
 Illic comperio metari castra Robertum,
 Et nos (si qua via est) meditantē inuadere, longo
 Fessos Marte dolis, ergo placet arma repente
 Phalsgraphidem contra, & fortunam vertere belli,
 Sic ait, & tacito curarum voluitur aestu
 Boius, interea fessus se miles in altam
 Demergit noctem, & placidæ dat membra quieti.
 Postera iam Phœbo rutilante aurora micabat,
 Vasa legi mandant, & semī sepulta labore
 Corpora curari, & signo iuncta inde moueri
 Castra dato, peragunt alacres mandata Manipli.
 Aegidij habens, tunc Diua ferox, quis fallere possit
 Numen: ut occultos alta praesensit olympi

L

AVSTRIADOS

Sede dolens regis, vultusq; imitata, habitumq;
 Exploratoris, ventura renuntiat arma
 Phalsgraphidæ, qui consilio, dextraq; potentem
 Byspeichen vltro compellans vocibus, inquit,
 Postq; pugnandum est, res optatissima magnis
 Diis oblata mihi, tantoq; impensior acris
 Gliscit amor belli, quanto grauioribus ausi
 Auspiciis, metam dabimus requiemq; laborum,
 Rex etenim (vt fama est) in nostras dirigit oras
 Cognatas acies, Martemq; exposcit apertum,
 Quicquid id est lætor, nam vel victoria belli,
 Vellætum dabitur, decus est vtrunq; sub armis.
 Quare age rumpe morã, peditũq; equitũq; vicissim
 Incipe delectum, quæve hic sit copia lustra,
 At Cæsar maturat iter, perq; ardua montis
 Ductat anhelantem pubem, tenebrisq; reuectis
 Haud longe castris aberant, factoque silenti
 Indicio, Albertus placido sic incipit ore,

Fœlices animæ quibus amplum Martia nomen
 Perpetuo lux vna dabit, nunc auspice vobis
 Cæsare pugnandum est, fœlicia signa sequamur,
 Quemve probat sua facta deum, victoria nostra est,
 Stent rapti fines, recidiuaq; Noria cordi
 Condita Boiugenis olim, qui rupe Vesuntii
 Huc vecti, in nostra steterunt regione coloni,
 Vnde & adhuc retinet fœlix sibi nomina tellus,
 Sic ait, interea tenebrosa per auia noctis
 Ecce cruentatus manibus post terga reuinctis
 Vcalegos, magna peditum stipante caterua
 Ducitur ad regem, coram qui talibus illum

LIBER QUINTVS

Affatur dictis, quis tu? quo tendis? & vnde
 Nocturnum meliris iter? suspiria ab alto
 Corde trahens, Phœben, & conscia sydera facti
 Sic testatus ait, magne o rex nomine dicor
 Heu miser Vcalegos, ibam tua castra, tuasq;
 Exploratum acies, quo me fors impulit atra,
 Et data magnanimo solers mihi cura Roberto
 Exhalare animam, verum hæc infauista parentum
 Perpetior scelere, atq; meo dant sanguine pœnas.
 Fabor enim qua flauus habet sua regna Sycamber,
 Vrbs fuit insignis bello, & prædiuite gleba.
 Hic mihi regnat auus, sedemq; & scepra tenebat
 Ille loci, interea (nam te meminisse putandum est)
 Belgarum auxilio, Martis cum turbine, ad urbem
 Venisti patriam, & strauisti mœnia victor.
 Narrata hæc patribus, Scythico ruit Hunnus ab Istro
 Horridaq; in nostros conuertit tela penates.
 Tunc auus insigni dictus qui nomine Theutras,
 Ut casum vidit patriæ, commendat amico
 Phorbanti vxorem, natum rapit impius alueo
 Qui non dum infœlix solidum compleuerat annum,
 Et vehit in syluas, pedibusq; in vincla reuinctis
 Suspendit, linquens auibusq; ferisq; vorandum.
 Post hæc acta, feris Cymbrorum inferna Megæra
 Aera per nigrum transfuecta redibat ab armis,
 Iamq; super Batauos, & iam super alta volabat
 Ardua sylvarum, gemitusq; vt perculit aures,
 Excepit puerum, & gressus simulata seniles
 Qua pastor septis pecua armentarius ambît
 Phalsgraphidæ magni venit, fatumq; redemptum

L ij

AVSTRIADOS

In peius, puerum infantem cui tradit alendum,
 Hunc postq̄ virtus, & auorum suscitāt ardor,
 Ignarus patriam repetit, diroq̄ parentem
 Coniugio iungit propriam, cui nocte silenti
 Portentum (sic Dñj voluere) apparuit ingens.
 Visus enim serpens squamis fulgentibus vltro
 Repere, & immenso torquere volumine terram,
 Spirarumq̄ orbēs, atq̄ ora micantia linguis
 Infauste posuisse sinu, lapsusq̄ repente
 Per tenebras, nigri properasse in tartara Ditis.
 Hac Nato post nupta refert, qui tempora voluens
 Atq̄ fugam patris, sylvæq̄ quot egerit annos,
 Agnouit scelus infandum, raptusq̄ furore
 Per scopulos, per saxa volat, lucemq̄ perosus,
 Ipse sibi infausta defodit lumina dextra,
 Atq̄ suam Hercynio vitam transegit in antro.
 His satus auspiciis, genus hoc a sanguine duco,
 Hac gignor serie, quare nil miror habenas
 Fortunam effudisse suas in nostra malorum
 Exitia, his dictis iam clara rubescere eoo
 Cœperat alma dies, tum collem ascendit in altum
 Cæsar & Vcalegos, vnde prospectus ad ima
 Castra erat, & latas poterant numerare phalanges.
 Tūc rex, fare inquit, quæ gens, quove ordine turmæ
 Militiam seruent. contra sic ille profatur.

At postq̄ merito labentem sanguine vitam
 Heu video, hæc animo Cæsar cape dicta, per hostes
 Si tibi (quandoquidē mens est auidissima Martis)
 Tela inferre placet, verbis (haud mentior) hisce.
 Adde fidē, armipotens duro sude lata Robertus

LIBER QVINTVS

Vallauit castra, & tuto munimine cinxit,
 Ille est qui multa peditum comitante caterua
 Incedit, latoq; effulget in agmine clauo,
 Hic medium retinet spacium, roburq; virorum
 Circum habet, at leua vili contentus amictu
 Crinibus & barba proluxa, atq; obsitus æuo
 Gorgias seruat partes Rhodomontius illas,
 Dextra autē cernis quem versicoloribus armis,
 Hic est Byspeiches, pro castris Auchius ante est,
 Atq; datae custos stationi fidus inhæret.
 At primi ante alios, Mazaris sueta iuuentus
 Heluetij, quos pone vides (nisi fallor) ab alta
 Arbitror Hercynia Chamū, Ambergamq; dedisse
 Ad bellum, atq; vna iunctam Calminzida pubem.
 Qui vero ex alia consistunt parte Sycambros
 Esse reor, cerne intortos de more capillos
 Gentibus, atq; æquor longis horrescere telis,
 Iuxta autem manus est, gemmarum diues & auri,
 Gallica, pugnaces Belgæ, & præ turbidus Axon,
 Quicq; colūt Vogesum, & fulgētibus Heduis armis,
 Tunc Cæsar, qui cultus ait, tam Martius illis
 Quos video, & denso qui sistunt agmine iuncti:
 Cui sic Vcalegos, memorant ex arce profectos
 Budorij, primā seruant qui ex ordine classē,
 Inde locus populis proauū concessus Othonis,
 Extolluntq; leues duri Neomartides hastas,
 Hos sequitur Koeburga cohors, fidiq; Koani,
 Lanzuthiq; tremenda manus, longamq; feroces
 Byrcasida linquentes arcem, cominus omnes
 Decertare auidi, atq; animas effundere Marte.

L iij

AVSTRIADOS

Quare hanc o Cæsar, ne multo sanguine pugnam
 Præsentem efficias, nec non sine cæde tuorum,
 Quæ peragenda putem (paucis aduerte) docebo,
 Est locus in castris Roeburgi mœnia contra
 Expositus, trabibusq; altum subiecta minatur
 Innexis specula, & late prospectat in agros,
 Hoc fatum vt quando congressi hostilibus armis,
 Vera hinc cum Martis mota face signa darentur
 Vicina auxilium bello trepidaret ab vrbe,
 Quare inuade locum nullo munimine tutum
 Sed patet, infesto si quisq; est conscius hosti,
 Dixit, & effuso vitam cum sanguine fudit.
 Hæc Cæsar voluens, noctu explorare cohortem?
 Quod pugnae exorsum capiât, quæve intus oberrēt
 Excubiæ in castris, vel si Theutrantius illa
 Finxerit Vcalegos, talem Raibertus ad vsum
 Turmarum ductor, piloq; animosus & ense
 Sansius eligitur, qui centum ab origine Franca
 Præclaros memorabat auos, ij iussa faceffunt,
 Seq; manu iuuenum, croceos aurora priusq;
 Subiceret vultus, muniti ad robora valli
 Contulerunt, vigilans longe dux Auchius, inquit,
 Qui vos? vnde equitū turma hæc? sic fatus, ab alto
 Fumiferam extollit pinum, mox Sansius olli
 Castrenses propere portas reclude. Egyaleus
 Hic ego sum, fortisq; manū mecum adueho pubis
 Subsidio, his dictis tacuit dux Auchius artis
 Atq; doli ignarus, vallum, portasq; recludi
 Iussit, & auxilium admitti, Bacchoq; foueri
 Sansius, at bifidi simul intra robora valli

Hæsam.
 Instruit
 Et vola
 Tyrna
 Quib
 Vnde
 Etrad
 Hunc
 Per Vi
 Ostrife
 Hiciras
 Luctant
 Indigna
 Hume
 Inde
 Delan
 Binag
 Ergo
 Cæsar
 Sic pass
 Rapt
 Quid
 Dixera
 Byspe
 Vocifera
 In castr
 Perculit
 Corripit
 At prior
 Phalgrat

LIBER QVINTVS

Illæfam, atq; auidadam pugnae videt esse cohortem,
 Instruit, & iuuenes armata per agmina trudit.
 Et volat in caedem, primosq; in tartara mittit
 Tyrnastem, Phyalumq;, & magni Drapidis umbrã,
 Qui bello infauftus non dextris venerat armis,
 Vnde Sedunensem Rhodani fons alluit urbem,
 Et radit sparfos fluuio crescente Varagros.
 Hunc fama est rapida gelidis ex alpibus vnda
 Per Viberum campos labi, longoq; refractu
 Ostrifero madidum caput occultare Lemanno.
 Hic iras placare ferunt, & gurgite aperto
 Luctantem laxare vndam, qui victor inertĩ
 Indignatus aqua, & concepto turbidus alureo
 Humeat scabra pendentibus rupe Gebennas.
 Inde per immensum sinuoso litore campum
 Delatus, tumidis Ararim permiscet arenis,
 Binaq; Phocaico dein subiicit ostia Ponto.

Ergo laxatis cuneis furit ense fatelles
 Cæsaris, & largo maculatur sanguine tellus
 Sic passim in castris trepidatum, umbone Robertus
 Rapto ait, o miseri quo vos insania ducit,
 Quidve mali fortuna parat? sedate tumultum.
 Dixerat, interea fracto fugit obice valli
 Byspeiches, atq; arma vocat, ferte obuia pilis
 Vociferat nunc pila viri, dolus hosticus errat
 In castris, passimq; omnes caduntur inermes.
 Perculit vt primum arrectas vox militis aures,
 Corripit arma, ruitq; ipsa in discrimina pugnae.
 At prior ante omnes animosus imagine patris
 Phalsgraphides bello insignis, facto agmine ab alto

L iij

AVSTRIADOS

Detrudit vallo rigidas vmbone cohortes.
 Non aliter Nasamon, Cyrenarumq; colonus
 Regnantem media fugiunt Basyliscon arena,
 Aurora interea rutilantibus aurea bigis
 Expulerat tenebras, lucemq; reuexerat orbi.
 Tunc Cæsar properemus ait, nisi fallit imago,
 In castris pugna est, en Sansius vt furit hasta
 Hyppolitusq; Rhebasq; simul, iam cedere retro
 Incipiunt, densaq; virum iam mole premuntur.
 Sic ait, & primis fortem procedere signis
 Imperat Albertum, sequitur quæ ex arcibus audax
 Munychiis pubes, duroq; exercita bello.
 Iam cursu rapitur celeri, iamq; ardua montis
 Liquerat, & plano deduxerat agmina campo.
 Pone instat Cæsar, vestigiaq; impiger haurit.
 Subsidio intentus pugnae, simul atq; per auras.
 Effulsere Aquilæ, vexillaq; nota Roberto,
 Protinus e castris aciem produciæ omnem
 Imperat, atq; auidas diffundier æquore turmas,
 Dumq; volant turmatim omnes, vallisque refractis
 Exiliunt equites, infœlix Sansius hostis
 Impete suffossus vitam cum sanguine fudit.
 Nec mora concurrunt acies, flagrantibus atrox
 Desæuit bellona animis, madet imbre cruento
 Tellus, & nigro fluitantia corpora tabo
 Calcantur resupina solo, expirantiaq; auram,
 Congesti crescunt super ipsa cadauera trunci,
 Dum pede pes teritur, mistusq; vmbonibus vmbone
 Truditur, & madido pugnatur cominus ense.
 Albertus iam cæde madens, iraq; redundans

LIBER QVINTVS.

Ingruit hostile, Auletemq;, & Hyapida magnum
 Atterit, & qui non dum formidabat Anireum.
 Vertunnumq; senem, natumq;, & pellice Thusca
 Leucothoum Androcidem tetro demersit auerno.
 Ac velut Armenio currens de vertice tygris
 Immanes Arabas ferit, Assyriamq; frementem
 Præuastis populatur aquis, & gurgite laxo
 Cum stabulis armenta trahit, sic Martius heros
 Ense minax per castra furit, madidusq; cruore
 Multorum valido prostermit corpora ferro.
 Nec minus instabant Volphangus, & impiger hasta
 Zornyus, & glauco pugnans Casymirus Halarco.
 Gorgias primam vt vidit trepidare phalangem,
 Pilatam educit contra in certamina pubem,
 Et pugnam instaurat, volat ille, atq; æquora circum
 Pulsat equo, & lato frendit gæfatus in aruo,
 In densosq; agitur cuneos, telumq; coruscat.
 Vt procul Albertus sæuo mauorte cruentum
 Agnouit, rabies gliscit vesana furenti,
 Ignoransq; modum calidæ indignatio pugnae.
 Protinus impatiens grandi ferit agmina pilo
 Et vetitum patefecit iter, totisq; subinde
 Viribus exarsere acies, exhausta iuuentus
 Obruitor, passim cædes, tetra vndiq; mors est
 Effususq; cruor, tolluntur in æthera voces,
 Singultusq; graues scopuli, & nemora alta remittunt
 Cernere erat laxosq; arcus, & Auentica tela,
 Armaq;, quæ Alpicolæ bello aduexere Leponti
 Sparsa solo, cæsasq; manus, & brachia, & harmos,
 Atq; hominum truncos, & busta iacentia campo.

L v

A VSTRIADOS

Interea lux alma polo fulgebat ab alto,
 Lustrabatq; Iuræ roseo iuga lumine Titan,
 Tunc maiora graui renouantur prælia cæde,
 Cæsar adest insignis equo, contra horridus ense
 Instat Phalsgraphides, mirandi exorsa duelli
 Vos canite o Diuæ Libetrides, ira, furorq;
 Immanisq; subit rabies, votumq; cruoris
 Ingentes animos, paulumq; moratus vterq;
 Alterius spectare artus, & fortia bello
 Pectora, fulmineosq; oculos, vultusq; minaces
 Mirari, tunc alta velut per nubila venti,
 Humentesq; ruunt Austri, Boreasq; niualis.
 Aut cum vere nouo Zephyris genitalibus aura
 Spirat, & ardentes ineunt certamina tauri
 Concurrunt, quatitur tellus, atq; astupet æther,
 Tunc rex armipotens vibratum effulminat ensem,
 Vrgebat contra, aut vitabat adacta Robertus
 Vulnera, sed Cæsar telum fatale coruscans,
 Non bene protecto plagam defixit in Harmo,
 Protinus exiliuit calidus cruor, arma Robertus
 Vt fœdata videt, vasto ruit impete, & Heulon
 Vrget equû, grandemq; præmit calcaribus aluum,
 Aestuat irarum furiis, & conscia virtus
 Increpat ardentem, sic crebros ense sonoro
 Ictus congeminat, horrendumq; in tonat hosti
 Phalsgraphides, putricq; armorum fragmen arena
 Emicat, obtusiq; enses, parmæq; refractæ,
 Atq; Iubatorum Phalera calcantur equorum
 Gemmatæ, & nitidis squallentia cingula bullis,
 Dum furit ira animis, Pallasq; & Delia ab æthra

LIBER QVINTVS.

Labuntur, rixamq; ineunt, ac iurgia iactant,
 Vixq; aberant pugna, quid em̄, nuncq; ne repostum
 Irarum cumulum linques Tritonia virgo?
 Quod scelus hoc? at fata manent immota tuisq;
 Plectere insidiis, facinusq; inuita dolebis
 Cōmissum, & qua nunc exorta superbia tanta est
 Gorgone non semper spero iactaberis ista,
 Nec rere huc Martem, quē cœlo asperrima Pallas
 Vicisti, & magnum strauisti verbere Numen
 Descendisse polo, sic Delia, At altera virgo
 Aegida concussit, circum caua saxa, nemusq;
 In tonuere, vadoq; amnes tremuere profundo,
 Ac velut ad scopulos demissus ab aere summo
 Accipiter volat, aut magno cum turbine ab alto
 Saxum ingens cadit, & propulsat pondere terram,
 Delia sic Pallasq; ruunt, Iserisq; residunt
 Cautibus, atq; acrem prospectant æquore pugnam.

Interea Austriades sæuum iam præsserat hostem
 Deiecturus equo, iuguloq; instabat inermi.
 Ter Pallas percussa sinus, terq; Aegide acutos
 Pulsauit scopulos, illoq; ruisset in arma,
 Ni Ioue demissa a magno Cyllenia proles
 Saxifica fieri vetuisset Gorgone pugnam,
 Tunc Dea corripuit hastam indignata trabalem
 Qua domat Heroas, cætumq; irata Deorum,
 Hac igitur regem aggreditur, vastaq; tremebat
 Voce solum, atq; imæ resonabant murmure valles,
 Non aliter cœlo ventis luctantibus intra
 Humenteis nubes miranda tonitrua clamant,
 Adstupet Austriades, mox percipit, eya age fatur,

A V S T R I A D O S

Pugnandū est iterum superis, nosco improba Pallas
 Nosco iram, glaucosq; oculos, atq; horrida tela,
 Talia dicentem inuadit, lignoq; trabali
 Ingentem frangit clypeum, sub pondere Cæsar
 Ingemit, vt quando percussa securibus Ilex
 Prona ruit, lateq; altum dant saxa fragorem.
 Ecce autem verita arma Deæ Diana furentis
 Lætifera in regem, volet obuia, pone fluebant
 Corytiq; graues olli, læuesq; sagittæ,
 Vulnificumq; manu iaculum Dictynna coruscans
 Arcet ab incepto sauiam tritonida Marte.
 Nam dum magnanimū regem præmit illa, suasq;
 Ingeminat vires per inane, volatile telum
 Delia (quod vasto stridens vmbone pependit
 Palladio) intorquet, tonat ictus, & arma Mineruæ
 Increpuere sono, & longe caua saxa reclamant,
 Tunc Pallas rabie feruens effundit in hostem
 Se totam, Diuamq; ferit, pronamq; sub ictu
 Sternit humi, vibratq; ardens immania tela
 Desuper, & quoniam Dij sunt sine sanguine nati,
 Iisq; immortalis vitæ conceditur aura,
 Hæc fuerat supræma dies, campumq; cruore
 Fœdasset Diana suo, iam cominus acre
 Cæsar vt aspexit pugnantes, ingruit hosti,
 Palladaq; horrisono ingentem diuerberat ictu
 Qua niuæ vertigo manus cadit altior Orno
 Hasta Deæ, lapsum conata attollere pondus
 Deficit, atq; alta Tritogenia vritur ira,
 Et fremit immensum, Boreas velut Arcticus inter
 Et saxa, & syluas, Pontocq; immugit anhelō.

LIBER QVINTVS.

At genitus Maia, præpes Cyllenius ales
 Spectator pugnae, scopulo confederat alto,
 Protinus hic monitu magni Iouis inquit, abite
 Cœlestes Diuæ, durumq; relinquite Martem
 Sic Iouis imperium, dixit, læuaq; tonatum
 In cœlo sensere Deæ, volat aspera Pallas
 Atq; senem Chirona petit, qui fessus in antro
 Hæmonio lectas curam impendebat in herbas.
 Iuppiter interea nubem demisit olympo,
 Inuoluitq; aciem, atq; oculorum lumen ademit.
 Hic finis pugnae, nam dum vestigia quærit
 Nequicq; Ausriades, labens se surripit hostis.
 Dumq; hæc in castris diuersa in parte geruntur
 Vicina auxilium fessis ductarat ab vrbe
 Polydamas sceleris fabricator, & impius arma
 Induerat, quos dira fames & auara libido
 Præcipitat belli, iamq; inter Martia tela
 Vociferans volitat, sunt hæc ait omnia claro
 Missa polo, hæc nostris horrentia fulmina templis:
 Verum si patria superi sunt vrbe piandi
 Ense scelus solvam, & præsentî cæde, sacerdos
 Iratum placabo Iouem, pubemq; litabo
 Hostilem, Taraniq; sacra instaurabo quotannis,
 Dixit, & in medium longa sude profilit agmen.
 Non secus Aethiopum fuluo nemora inuia tauro
 Turbantur, cum sæua fames per viscera serpit,
 Diffugiunt, trepidantq; feræ de montibus altis.
 Sic Diuum contemptor erat, turbamq; fugacem
 Prosequitur velox, atq; acrius atterit agmen
 Contemnitq; mori, sed quis cœlestia rumpet

AUSTRIADOS

Fata Deum, legemq; dabit pollentibus astris?
 Strauerat ille aciem, & vacuis victricia campis
 Extulerat iam signa palam, cum tractus ab ira
 Volphangus iaculum longis amentat habenis
 Atq; in clamantem tenso pede dirigit hostem,
 Qualis Ithyraeo cornu leuis exit arundo,
 Vel cum depugnat verso gens Parthica neruo,
 Tale per immensum stridens volat aera telum,
 Atq; hostem fatale petit, Cetramq; rescindit
 Quam Thartessiaci in pugnam de more gerebat,
 Aeratosq; orbes Chalybum, septemplíce gyro
 Distrahit in partes varias, penitusq; sub ima
 Viscera delapsum fortes depascitur artus.
 Extemploq; cadens moribundus corpore vasto
 Pulsat humū frendens, oculisq; minacibus horret.
 Non alitur Phario percussa Leæna veruto
 Concidit, & rictum spumantem vulnere torquet,
 Sic olli rabies, creber ferit Ilia pulsus,
 Et calidæ effuso vacuantur sanguine venæ,
 Vmbraq; tartareas fugit indignata sub vmbas.
 Nec finis pugnae praesenti caede superbus
 Volphangus per castra volat, nec segnior illo
 Ingenti campos replebat caede Robertus,
 Interea ductis pugnantem cornibus hostem
 Clauserat, & fusos iam victor Cæsar ab amplo
 Aequore, dispulerat pedites, tunc Francus anhelō
 Gorgias in Marte furens, quando vndiq; cernit
 Inclinatam aciem, versosq; in terga maniples,
 Magnanimū affatur breuiter sic ore Tyrannum.
 Nonne vides quanto in nostros furit impete Cæsar

Vq; fugā p
 Prorumpit
 Hæsticus. in
 Talia sic f
 Accensus
 lam solo
 Impulerat
 Dat strag
 Dumq; lo
 Armenia
 Proruit
 Inpauit
 Huiusge
 Desere, te
 Ductores
 Byspeid
 V. super
 Accepit
 Quisecun
 Aeternam
 Instruit
 Audi te
 Et iam p
 Ofentat
 Sicuti mag
 Audendu
 Ductores
 Quod dec
 Et vitam
 Dixit, & a

LIBER QUINTVS

Vtq̄ fugā iam quisq̄ parat, quid in arma Roberte
 Prorumpis frustra, tenet omnia Marte satelles
 Hosticus, & multa satiatur cæde tuorum.
 Talia sic fan tem, nequicq̄ intelligit heros
 Accensus Martis rabie, & præ turbidus æstu,
 Iam solo res summa viro, quosq̄ æmula virtus
 Impulerat secum fatali occumbere campo,
 Dat stragem populis, telocq̄ horrendus ubiq̄ est.
 Dumq̄ huc, atq̄ illuc ceu præcingentibus armis
 Armenias agit ira Tygres, Mysosq̄ bisontes
 Prorruit in pugnae flammæ, Martemq̄ cruentum.
 Intonuît cœlo, & vox exaudita per auras
 Heu fuge fortunam belli, deuictaq̄ castra
 Defere, teq̄ ipsum ventura ad fata reserua.
 Ductores fugere tui, victasq̄ phalanges
 Byspeiches tantū, & Rhodomontius ense turentur.
 Vt superum iussa, & vocem dux auribus hausit,
 Accepitq̄ fugam sociorum, protinus omnes
 Qui secum voluere mori, Martisq̄ peracti
 Aeternam sibi qui laudem peperere sub armis,
 Instruit in cuneum verbisq̄ ita fatur amicis.
 Audi te hæc socij, denso nunc claudimur hoste,
 Et iam præda sumus, nostræ solum ense salutis
 Ostentatur iter, mecum nunc ite per hostes.
 Si cui magnanimo præcursant pectore laudes,
 Audendum est victis, vos non sine labe retenta
 Ductores aura, vitæq̄ fruam inquit,
 Quod decus o viles animæ, nos proroget æuo.
 Et vitam instauret Martis memorabile fatum,
 Dixit, & aduersum velox prorumpit in hostem,

A VSTRIADOS

Efficiens mucrone viam, sequiturq; iuuentus
Pone ferox, laxasq; secat condensa cateruas,
Vt virtus patefecit iter, castrisq; relictis
Per campos tenuere fugam, dux lumina flectens
Desertum ad vallum, premit altum corde dolorem,
Et rursus tentare acies, & prælia ferro
Stat cordi, atq; iterum sese obiectare peridis.

At rex, quandoquidē fama aduentare Boemos
Phalsgraphidæ auxilio, iungendaq; protinus arma
Senferat, Alberto mouit sua signa relicto
Atq; iterum Helfaciæ repetit properantius vrbes.

F I N I S.

LIBRI SEXTI ARGUMENTVM.

Gesta fœliciter a duce Virtymbergeñ. describuntur, sed prius
Palladis quærimonia est, quæ a Cæsare uicta fuerat. Itaq; dum
curru per aerem uehitur, Robertum uidet, qui paulo ante a pugna
discesserat, quem ad uirtutē uiam docet, uentisq; susceptum
in patriam protulit. Interea Virtymbergeñ. dux trans Entium
castra mouet, eiusq; oratio admilites, miraculumq; in eo uisum,
eiusq; interpretamentum a Phorbio augure factum, obiterq;
Cæsaris somnium narratur, cui Deus opt. Max. apparet, impe-
ratq; ut Decium ducem sollicitet ad tuendum ædes sacras, quod
cum duci Cæsar significasset. Maulprunium monasterium quod
Palatini occupauerant, obsedit, inibi pugna atrox. uictor tãdem
ad Prethenium obsidendum proficiscitur, unde Palatini Ludos-
uici precibus discedit, & ad Pesychemiũ castra posuit. Parte alia
Robertus Traustanium oppidum aggressus est, quo post acrem
pugnam, uipotitur, interim ex Pesychemo nuntius, Palatino ob-
sidionem narrat. Is cum præsidium non misisset, oppidum se du-
ci dedit. quædamq; in fine oppida ab eo uicta recensentur.

A VSTRIADOS LIBER VI.

LIBER SEXTVS



T pcul a castris trepidātia signa Robert^o
 Rettulit, alternæ præformidabile cædis
 Bellū anō voluēs, Pallas deuecta p auras
 Phylliridæ canī medico remeabat ab an^o

Illa sub Arctoo bigas firmavit olympo (tro,
 Atq; oculos defixit humi, infrenesq; Sycambros,
 Bastarnasq; acres, Morinosq; extremaq; mundi
 Littora, & indomitos Rheno claudente Batauos
 Despiciit, innumerasq; alias sine nomine gentes.
 Quas alit auriferis fœlix Germania campis.
 Tandem Boiorum flexit sua lumina terris,
 Alpinasq; vrbes, & regna potentia Marte,
 Quæ pater vndarum percurrit maximus Ister
 Lustrat, vbi (sic fama canit) vrbs Noria quondam
 Magna, dedit leges populis, rexitq; superbum
 Imperium, sed nunc omnis iacet vrbis imago,
 Pannoniamq; super celeri deuecta couino,
 Quaq; potens bello magnos alit Austria reges.
 Nec dum etiam Diuæ crudeli Marte receptum
 Vulnus, & Oebaliĳ fors immatura sepulchri
 (Quamq; & Cæsareo victam dolet ense sororem)
 Exciderant animo, cupit itam explere calentem,
 Atq; imo tales promit de pectore voces.

En ego bellipotens rigidis armata Chelydris
 Quæ olim centimanos prostrauit cæde Gygantes,
 Quæ Martem vici, concussi fulmine diro
 Curua per Euboicum fumantia littora Pontum,
 Nunc autem (sic fata volunt) sum fabula cœlo.
 Sed nostri o vtinam sic obruta fama Deorum
 Peruigiles tantum & patris venisset ad aures,

M

AVSTRIADOS

Non equidem Austriadum superatā Marte dolerē,
 Sed temnor passim mortalibus, & mea vibrat
 Exhorrentem hydro nequicq; læua Medusam
 At mihi non deero, sequar atris agmina flammis
 Austriadum, atq; imo furias Acheronte ciebo,
 Sic fata, infausto remeantem Marte Robertum
 Vidit & indoluit, grandiq; accensa furore
 Prona ruit coelo, veluti cum flammea longo
 Stella cadit tractu, & candenti lampade signat
 Aethera, qua nitidam producit semita lucem.
 Sic Diua est quacunq; pedem, currumq; reflectit
 Ostentat coeleste iubar, Numenq; fatetur.
 Protinus armigeræ currum Tritonidis heros
 Agnouit, supplexq; Deam veneratus adorat.
 Tunc illa has sacro fudit de pectore voces,
 Nec tua te virtus, nec fortis dextera bello
 Vnq; deseruit, nam quantum vidimus acrem
 In pugnam ruere, & quantas in prælia cædes
 Moliri intrepidum, sed fato obstante dolorem
 Hunc pone, & quæ sint peragēda aduerte, profabor,
 Vade age & hanc rupem, quæ cœlum vertice pulsat
 Exupera, atq; impelle gradum, primū ipsa volenti
 Difficili tentanda via est, sudorq;, laborq;
 Sunt olli comites, atq; ocia pellit ab alto,
 Sed postq; ad summū concessum euadere culmen,
 Gaudia pertentant animos, & blanda voluptas,
 Atq; exactorum dulce est meminisse laborum.
 Hinc te ergo excipiam ventis, & nubis amictu
 Aera tranabis mediū, tutusq; reuises
 Phalsgraphidasq; tuos, patriāq; vcheris in urbem,

Ne ven
 Intere
 Inuid
 Mulc
 Prog
 Qui ob
 Hac qu
 Sic v
 Ocean
 Litton
 Ergo
 Voce
 Aduer
 Hac a
 Enor
 Bysp
 Euas
 Tunc
 Circu
 Non ta
 Aega
 Scyll
 Sed m
 Sepser
 Fictoll
 Et vire
 Dun
 Tercer
 Frotul
 Virtym

LIBER SEXTVS

Ne vereare adero, & ventos frenabo volantes,
 Interea ne frange animum, spemq; altius effer,
 Inuictusq; mane, nam sæuas Iuppiter æquus
 Mulcebit mentes, dulcemq; ad regna vocabit
 Progenie m, natosq; tuos, paruosq; nepotes
 Qui tandem æternum ventura in pace quiescent,
 Hæc mihi pollicitus Diuum pater, atq; hominũ rex.
 Sic vbi fata, ciet Boream, Argestemq; per altos
 Oceani errantes fluctus, Byrchaniacq; vndis
 Littora pulsantes, extremacq; æquora Thules.
 Ergo iussa facit præpes, taliq; precatur
 Voce Deam, te sancta sequor, te supplice dextra
 Adueneror, salue, & tanti miserere laboris.
 Hæc ait, & celsæ saxosa cacumina rupis
 Enormesq; vias, & densis obsita dumis
 Byspeichi pubem linquens, Agmnenq; superstes,
 Euasit tandem & ventos expectat inanes,
 Tunc subito Argestes montem pernicipibus alis
 Circuit, admotoq; tremiscunt vndiq; syluæ,
 Non tamen Aeolio veluti cum missus ab antro
 Aegæum, Ioniumq; mouet cautesq; vadumq;
 Scyllæum, & pulso frangit freta iuncta Peloro,
 Sed miti Heroa amplexu (namq; arcticus vna
 Sepserat, & Boreas patriæ non immemor oræ)
 Extollunt per inane poli, gestantq; per auras
 Et vitreo nubis Dea circumfudit amictu.

Dumq; ea molitur Pallas, fortissimus heros
 Tercentum præclaris auis, quos Martia quondam
 Prottulit, & variis ornauit Roma triumphis
 Virtymberzensi armatos mouet arce maniplos,

M ij

AVSTRIADOS

Antiqui memor ille odiū, bellique vetusti
 Quod secum multos Talacherus gesserat annos,
 Nec Lyndesmitis feruens iniuria mente
 Exciderat, verum occulto sub corde volutans
 Vindictam, spectare diem & melioribus vti
 Auspiciis, si vnq̄ vellet fortuna parabat,
 Vt fractum longo præsensit Marte Robertum
 Esse Palatinū, tempus ratus, Entium ad annum
 Castra mouet, gelidasq̄ vehit trans agmina ripas.
 Aduentu cursare omnes, trepidare per vrbes.
 Non secus orbatam Gangeticus accola Tygrin
 Et timet, & clausa pavidum sese occulit vrbe,
 Luctantemq̄ feram, & rabiem spectare furentem
 Impatiens, quatit illa solum, camposq̄ superba
 Balantum pecus, & latis Magalia septis
 Circuit, insidiasq̄ altæ prædestinat iræ.
 Sicheros fertur, sic infandus timor omnes
 Sollicitat, pauitant miseræ matresq̄, nurusq̄,
 Longæuicq̄ patres, sed quos calor excitat armis
 Deserere ante diem, pugnaq̄ effundere vitam
 Armantur, clypeosq̄ nouant, Chalybumq̄ trilices
 Aruina nigra nudant erugine pingui,
 Aut fossas ducunt, aut scabra ad mœnia pronis
 Marmora agunt humeris, aut propugnacula bello
 Instaurant, vallantq̄ horrendis molibus vrbes.

Iamq̄ dies, alterq̄ dies illuxerat orbi
 Purpureoq̄ aurora polum bis viderat ortu,
 Tunc dux ingentes voluens sub pectore curas,
 Herboso iussit figi tentoria campo,
 Dein pubem affatus placido sic incipit ore,

Be
 Alter
 Cris
 Iupp
 Qu
 Ing
 (Pib
 Nam
 Mul
 Quir
 Etr
 Præ
 Ded
 Exte
 Pro
 Cre
 Bella
 Cing
 Qua
 Etr
 Sip
 Mei
 Alpi
 Toll
 Tu
 Tu
 Fum
 Incol
 Aspi
 Vix

LIBER SEXTVS

Bella sub hac terra, & præreptis gessimus oris
 Alterutrum grassata caput, tandem inuida nobis
 Crinitos fors præssit auos, nec iura, nec æquum
 Iuppiter omnipotens summo despexit olympo,
 Quin furor hostilis nostras delapsus ad vrbes
 Ingentes rapuit prædas, gentemq; coactam
 (Pro scelus) audiui domino seruire Roberto,
 Namq; mihi quondam puero narrare solebat
 Multa pater, meq; ad damnum seruabat inultum
 Quis Lyndesmitem prædatoremq; nefandum,
 Et nostris temere regem Thalacheron in aruis
 Prætereat: tantum nobis impune ferendum est
 Dedecoris: tantum patriis regnabit in oris
 Externus miles, terraq; fruetur auita:
 Progenies prolesq; Deum sata sanguine magno,
 Credite q; nunq; Cæsar sine numine Diuum
 Bella mouet, victorq; redit, Rhenoq; subacto
 Cingit Chaonia victricia tempora fronde.
 Quare agite o socij, dextras assuescite Marti,
 Et mecum, si qua est tantarum gloria rerum,
 Si pudor & patriæ pietas, iniuria si qua
 Mentem agitat, raptiq; soli seruiatur imago
 Alpinas aptate fudes, & pila volenti
 Tollite nunc animo, & pauidū conuertite in hostē.
 Tu ceptis bellona meis, & culte Sueuo,
 Tu Vulcane pater, claram qui Lemnon, & alto
 Fumantem Liparam, & feruentē Strongylon vndis
 Incolis, & Chalybum Diis tela timentia promis,
 Aspirate precor, promptosq; animate maniplos.
 Vix ea finierat, subito cum flamma coruscans

M iij

AVSTRIADOS

Labi visa polo, quæ supra vertice fidit
 Magnanimi Herois, nec non (mirabile dictu)
 Lambere fluentes crines, & tempora pasci.
 Mirantur cuncti, & gelidos stupor occupat artus,
 Reque labant subita, quid sit, quid nuntiet, optant
 Explorare viros, quibus intemerata patefcunt
 Aetherei secreta poli, tunc Phorbis augur
 Cui fibræ, saliensque iecur, limesque volantum.
 Quid vox obscœnæ volucris, pallorque Cometæ
 Atque serenato labentia fulmina cœlo,
 Quid medio creet axe faces, sunt omnia (mirum)
 Occultis manifesta modis, non inscius ille.
 Talia vaticinans mandat sua dicta per auras,
 Ne trepidate viri, læuo Deus omine firmat
 Cepta, nec inuito molimur numine bellum,
 Si quid mens agitat veri, & Grinæus Apollo
 Prædicat ventura mihi, si nuntius ales
 Quem video læua cœli regione volantem
 Et voce, & cursu magni Iouis abdita pandit.
 O genus elapsum superis, sobolesque perennem
 Regnatura diem, Diuosque auctura propago,
 Quot tibi molitur scœlix fortuna triumphos
 Innumeras vrbes, immensaque regna, ducesque
 Debellabis, eruntque tua immortalia semper
 Facta, que & victo non dedignabere victor
 Parcere, & ablatas reddes vltro hostibus vrbes.
 Quare agite o proceres meritos indicite honores
 Bellorum Diuis, & numina magna vocate.
 Nec mora, gramineo surgunt de cespite sacre
 In campis aræ, fragrantque, & olentia circum

Ludouicū
 Palatinum
 intelligit, cu
 ius p̄cibus
 ab osidione
 Prethemij
 discessit.

Thura
 Accine
 In pri
 Et sal
 Dem
 Corp
 Non
 Gen
 Vel
 Agry
 Despu
 Oce
 lam n
 Corp
 Ecce
 Inn
 Qu
 Ante
 Hella
 Casar
 In so
 Eff
 Ast
 Vall
 Lun
 Hun
 Qui
 Aet
 Et S
 Circ

LIBER . . . SEXTVS

Thura calent pecudes, stant sacris vndiq; mystæ
 Accincti, & Diuis spargunt bona vina volentes,
 In primis heros, niuei inter cornua tauri
 Et falsam frugem, & spumantia pocula fundit,
 Demulcetq; Deos donis, pecudumq; litatis
 Corporibus, læti Diuum pæana canebant,
 Non aliter Libyci circa delubra tonantis
 Gens inhiat sacro, & numen Nasamones adorant,
 Vel cum legiferæ Cereri, patriq; Lyæo
 Agrycolæ lectum mactant pecus, & sua largo
 Despumant passim bene olentia cymbia lacte.

Oceano interea Titan demersus Ibero,
 Iam nota Austrini lustrabat littora Ponti,
 Corpora sollicitis demens mortalia curis,
 Ecce serenato delapsum numen ab axe
 Innumeris fulctum stellis, & Sole corusco,
 Qualis vbi auroram rutilanti lucifer igne
 Ante oritur, tenebrasq; fugat, Phœbumq; reducit,
 Hæfaciæ petiit fines, vbi Martia castra
 Cæsar habet, Martemq; nouum, pugnasq; parabat,
 In somno, & vigiles curas in nocte premebat.
 Effigies immensa Deo, vultusq; micantes
 Astra quibus cœlumq; mouet, circumq; beatis
 Vallatur populis, medio quos orbe bicornis
 Luna capit, iuxtaq; locum meruere tonantem.
 Hunc pauet omne genus cœlo, terræq; mariq;
 Quicquid inest, intusq; meat, vel pascitur extra
 Aeterni cursus legem, & commertia mundi
 Et Solis, Lunæq; vices, & sydera lapsu
 Circumscripta suo, Nabathæosq; alligat Austros,

M iij

Ad nauigas
 tionem Lu
 sitanam al
 ludic.

AVSTRIADOS

Fulminaq; & spaciis freta decrefcentia certis.
 Ergo vt olympiaca Saturnius Elide fulgens,
 Apparet nocte in media, fomnoq; vacantem
 Vocibus Aufriadem compellans, talia fatur.
 Cæfar magnanime, & Diuos auctura propago,
 Aduenio fuperum rector, præq; omnibus vnum
 Ipfe velim te, fide Deo, templisq; Tholisq;
 Quæ paffim miles fccleratis occupat armis
 Præbere auxilium, fi iam pietatis imago
 Villa viget, votiq; reos damnare cupido
 Afferto fuperis, & Numen ab axe vocari.
 Fœda Palestinæ taceo ludibria terræ,
 Verū animo ftant fixa meo, victamq; Sophonem
 Et domitū, Aegypti prouum Carmelon in æquor
 Agmine barbarico, fœuicq; Serapidos armis
 Vlfcere, tuos pofcunt hæc prælia fafcès,
 Cum mare pulfabis flammato milite rubrum,
 Et feptingemini calcabis littora Nili,
 Cum partem inuifès Scythiæ, & Mœotica vinces
 Regna, & victorem mirabitur arcta Propontis,
 Claffeq; roftrata Nepheleias ingemet Helle.
 Me noua nunc agitant Cæfar, iam vidimus alto
 Noftro Palatinis violari templa fub armis,
 Atq; vbi facratif lucis, araq; piabant
 Erecta, & largis placabant Numina donis
 Turba facerdotum, nunc Marte & fanguine multo
 Fœdantur loca fancta fitu, quid Numina cœli
 Perpetimur? veftro ne genus? Germanica pubes
 Infandis audet factis contemnere Diuos?
 Nunc cape quæ peragenda tibi fint maxime Cæfar.

Aenead
 Ablatas v
 Diuulfur
 Virthym
 Fert Nic
 Bellag; n
 Militian
 Hunc ved
 Exercer
 Seruant
 Semper
 Dixit, &
 Adcœlur
 Tunc pi
 Profequ
 Iuffa De
 Treis or
 Sollicit
 Vprim
 Audir &
 Tanta ge
 Cafta r
 Phalgra
 Angufta
 Saxorum
 Deluper
 Et fitus
 Vt motus
 Culmina
 Concurfu

LIBER SEXTVS.

Aeneadum Decius dux sanguine cretus auroꝝ,
 Ablatas vrbes, & regnum Marte reposcit
 Diuulsum, concit populos, totamq; sub armis
 Virthymbergon habet, qua dulces vitifer vuas
 Fert Nicerus, multoq; fluunt læta arua Lyæo.
 Bellaq; magnanimo peragenda in corde volutans,
 Militiam gelidi iam contulit Entij ad vndas.
 Hunc verbis hortare tuis, pugnamq; volentem
 Exercere iube, & templis arcere prophanos,
 Seruantur maiora tibi, ceptisq; futuris
 Semper ero præsens, teq; & tua facta iuuabo.
 Dixit, & ingentem ducens per inania lucem
 Ad cœlum rapitur, Titaniaq; astra reuifit.
 Tunc pius Auftriades vultu, manibusq; supinis
 Prosequitur Numen, tacitoq; in corde reuoluens
 Iussa Dei, cum prima polo caput extulit eos,
 Treis oratores iubet ire, Heroaq; magnum
 Sollicitare Iouis monitu, atq; accendere Marte.
 Vt primum Vlrycus regis mandata recepit,
 Audiit & Diuum non hæc sine numine bella
 Tanta geri, antiquo precibus de more peractis,
 Castra mouens heros, Maulprunia templa petiuit
 Phalsgraphides, paulo miles quæ inuaserat, ante.
 Angustæ hæc claudunt valles, scopuliq; minæq;
 Saxorum ingentes, montesq; vmbonibus altis
 Desuper incumbunt, locus insuperabilis armis,
 Et situs impatiens pugnae est, seq; ipse tuetur.
 Vt motus patuere ducis, strepuere per alta
 Culmina cornicines, pauor vndiq; & vndiq; muris
 Concursum, instaurant laxis ingentia portis

M v

A VSTRIADOS

Claustra viri, trepidiq; aptant munimina belli.
 In primis armata cohors, quæ templa tuetur
 Circum deductis præmunit mœnia fossis
 Et tormenta parant, & propugnada tribuni
 Constipant telis, saxisque molaribus horrent
 Mœnia, & infando feruet ballista furore.
 At Decius bifidis heros tentoria vallis
 Sepiri iubet, extemplo de montibus orni
 Abnobiis, scissæq; cadunt a culmine syluæ
 Procumbit montana abies, Germanica taxus
 Et quæ Chaoniis reddunt oracula lucis
 Fatidicæ quercus, & amicis glandibus Ilex,
 Tempore quo nulli cerealìa pabula norant
 Agricolæ, nullusq; solum sulcarat arator.
 Amphitrioniadæq; arbor, Cybelæia pinus
 Vellitur, & patulo gaudentes vertice fagi.
 Nec mora pro castris iacitur vallum, arctaq; tantū
 Vallis habet spatij, quantum mauortia poni
 Castra queant, aciesq; vtrinque inuadere Martem.
 Vt tempus pugnae visum, ferriq; parandi
 Talibus (affatus cunctos) dux vocibus hincit.
 Tollite nunc animos, altasq; intendite vires
 Magnanimi proceres, vincat vagus armiger Indos.
 Iam quicumq; volet superet saxa alta Nyphatis
 Hyrcanumq; mare, & Partho det iura subacto.
 Nos vero Diuum monitu pellamus ab æde
 Hanc belli flammâ, & sacros reparemus honores,
 Abnobiq; Iouis sublata piamina templo,
 Hoc decus, hæc fama est, & victor Cæsar in armis
 Iam velut ignauos nos arguit, aspera cordi

Alberti ste
 Langraph
 Comenc
 Qui nos
 Præcipit
 Vix ea fi
 Ad pugr
 Vndiq; p
 Tympan
 Etlonge
 Vq; datul
 Bellona ar
 Impellit
 Hostis vt
 Deferri i
 Silit pro
 Delicit, &
 Loncaq; m
 Multaq; sa
 Hos inu
 Volcarur
 Vibraret
 Olli nome
 Expromit
 Quis timo
 Pecconi
 Victrix in
 Nos saxi
 Pugnemus
 Dixit, & eu

LIBER SEXTVS.

Alberti stant facta ducis, quid bella mouentem
 Langraphium, & magno trepidantia castra senatu
 Comemorem: vos (Diisque volentibus, & Ioue dextro,
 Qui nostros grato pensabunt sine labores)
 Precipitate moram, gentemque arcete prophanam.
 Vix ea finierat, tuba tortilis agmina concit
 Ad pugnam, & curuo maior accenditur ære,
 Vndique perstreperere, & sonitu Cybelæa resultant
 Tympana, iam montes, latebrosaque saxa reclamant,
 Et longe Hercyniæ ingentis nemora alta tremiscunt.
 Utque datum belli signum, volat æquore Martis
 Bellona armipotens, motoque agit agmina systro,
 Impellitque animos, & pugnae suggerit iram,
 Hostis ut armatas denso videt agmine turmas
 Deferri in pugnam, & sæpieri milite templum,
 Sistet pro muro intrepidus, vastosque molares
 Deicit, & duros clypei septemplicis orbes
 Loricæque moram, & Chalybum contexta rescindit,
 Multaque sanguinea prosternit corpora terra.
 Hos inter iuuenis, quo non præstantior alter
 Volcarum tellure fuit, seu cominus enses
 Vibraret, sumptisve repelleret agmina Gæsis,
 Olli nomen erat Lauso, facto impete talem
 Expromit vocem, furibundaque pectora rumpit.
 Quis timor o socij: quæ tanta ignauia nostro
 Pectori inest: clausi trepidamus, & hostica muros
 Victrix inuasit pubes, tantum ne tuemur
 Nos saxis, flammæque locum: iam pergite, & amplo
 Pugnemus Marte, atque aratas vellite portas.
 Dixit, & euulso clausos trahit obice postes,

A VSTRIADOS

Et vetitum recludit iter, tunc agmine facto
 Bella foris tentant, & valle feruntur aperta.
 At dux vt longe sublato puluere vidit
 (Ipse etenim vallo segnes, turbamq; morantem
 Hortari ad pugnam, verbisq; accendere Martem)
 Aduentare viros, fulgentesq; ære phalanges,
 Hostiles nouit, falcata protinus heros
 Contra aciem struit, atq; effuso contulit hosti.
 Nec mora concurrunt hastis, it clamor ad auras.
 His timor est vinci, Martis decus arguit illos,
 Sic animo pugnare pari, nec cedere campo.
 At dux Bistonio, qualis Mars puluere sæuit
 Sublimi prouectus equo, per tela, per enses
 Irruit, & crudo miscet mauorte cateruas,
 Vicq; viam quærit, foedatq; repletq; cruore
 Aequor, & herbofo prosternit tabida campo
 Corpora, lataliq; ferit mucrone maniplos,
 Saxa volant, non sic miles Balearicus acrem
 Profilit in pugnam, & saxorum contegit atra
 Nube polum, surgit clamor, tremefacta resultant
 Littora, qua vasto ruit vndarum agmine Rhenus,
 Densanturq; in bella globi, stat pectora contra
 Pectus, & effuso miscetur sanguine sanguis,
 Procumbunt fortes animæ, cladumq; furore
 Increbescit amor pugnae, fluuiosq; cruoris
 Membrorum lapsum, & ferientia corpora terram
 Cernere erat, Nimbo telorum, ac pondere ferri
 Obruitur, madidoq; iacet gens Martia campo.
 Dum furor hos agitat, funestaq; prælia circum
 Armipotens Bellona volat, pars altera muris

LIBER SEXTVS

Ingruit, & valida frangunt testudine postes
 Diruitur paries, altoq; cacumine turrets
 Fractæ, mole labant, cœloq; æquora videres
 Ingenti ad terram sterni fastigia motu.
 Parc; tamen fortuna dabat contraria, robur
 Obsessis, pugnant acres, subeuntiaq; altis
 Corpora detrudunt muris, ipsæq; ruinæ
 Tela dabant, crebris sonat ictibus æreus umbo
 Iam fude, iam forti subeuntia corpora telo
 Depellunt, saxisq; terunt muralibus arma.
 Non tot in Hercynia frondes brumalibus auris
 Arboribus lapsæ feriunt terram, aut caua pulsans
 Littora, Saxonidam fluctus mare voluit in oram.
 Quot bello pereunt animæ, non magna supræmis
 Busta calent flammis, tumulove locantur auito,
 Sed frenatorum pedibus calcantur equorum.
 Et iam iam aggeribus fractis penetralia victor
 Inuadit miles, victricia signa ruinam
 Exuperant, splendentq; altum vexilla per auras,
 Hostiles trepidant alæ, & statione relicta
 Diffugiunt, fuscisq; globis, & milite fracto
 Templâ patent, priscisq; penatibus, & magnis Diis
 Sacrifici apparent ritus, aræq; dicatæ
 Cædibus innumeris pollutæ, & sanguine diro,
 Incassum siculis feruent incudibus æra,
 Atq; louis frustra fulmen micat, impia postq;
 Et scelerum impunes patitur Deus, hinc reor ipsos
 Securos nostri mortalia temnere Diuos
 Protinus vt capto strepuerunt cornua muro,
 Et latas Aquilæ fudere in mœnibus alas,

AVSTRIADOS

Sublatus clamor, trepidum noua perculit hostem
 Fortuna, atq; graui pubes perculsa timore,
 Dissipat hærentes acies, retroq; relabi
 Incipit, & turmæ fugiens dat terga ruenti,
 Dux instat, vastumq; fremit, nunc ille Veruto
 Nunc arcu certamen adit, nunc obuia ferro
 Corpora transfadigit, rorant iam sanguine campi,
 Putribus & passim deferuent æquora bustis.
 At Lausus, maioris quem tristitia ad arma vocarat
 Pugnator, postq; fractas videt esse cohortes,
 Disiectasq; acies, clamans pro Iuppiter, inquit,
 Iam victi fugimus, raptas discurrit ad aras
 Hostilis prædo, superest nihil, omnia nobis
 Abstulit vna dies, & ineuitabile fatum.
 Siccine viuendum est: auræq; fruemur inulti?
 O ter foelicem bello, cui munere Diuum
 Contigit oppetere, o faustam Calchantida prolem
 Cuius in auxilium venit Dea, vulnere tandem
 Regis agens animam, nostris tua nomina fastis
 Inferis, & fama pulsas iam vertice olympum,
 Nunc moriamur ait, propiusq; per arma ruamus.
 Sic effatus, equi velox spumantia laxat
 Frena, indignantemq; premi calcaribus aureis
 Vrget, & in densos fumantem dirigit hostes.
 Pannonis haud aliter cum per venabula frendens
 Vrsa furit, moriensq; suæ iam prodiga vitæ
 In ruit arma volens, tristesq; irata sagittas
 Impetit, & vasto discerpit vulnera morsu.
 Cæde replet iam Lausus humû, gaudetq; supræmis
 Cladibus, atq; vltus, vitam finire cruorem.

Dura furit in
 Agmen agit
 Hunc simul
 Aspexit, con
 lam trepido in
 Perstringit, in
 Effugit in vo
 Vtq; viri ca
 Vifa repent m
 Consernat
 Terga dabant
 Vltima lux bo
 Tethys ad occ
 Sic Phæbo f
 Deseritur ca
 Ibat miles ca
 Ingreditur
 Prosequitur
 Interea cro
 Surgebat, vul
 Iur ad exequ
 Quæ sub M
 Munus vt e
 Sunt data cro
 Inquit, & ar
 Hac vbi, disc
 Educit, puber
 Athenium
 Hic regio
 Quam bello

LIBER SEXTVS

Dum furit impatiens vitæ, totumq; ruina
 Agmen agit, dextra qui tela sonantia torquet.
 Hunc simul Vlrycus crudeli Marte furentem
 Aspexit, contra aggressus, diuerberat hasta
 Iam trepido femur, & vitalia vulnere grandi
 Perstringit, cadit exanimis, nec verba loquenti,
 Effugit in ventos vita, & se miscuit vmbri.
 Utq; viri casus, victriciq; arma per ædes
 Visa repente, omnis pubes, & Martia turba
 Consternata fugit, telosq; in operta, relictis
 Terga dabant templis, & forsitan illa fuisset
 Vltima lux bello, nisi nocte oriente, tenebris
 Tethys ad oceanum rapidum Titana vocasset.
 Sic Phœbo fugiente acies, & pugna dirempta est
 Deseritur cædes, spoliisq; superbus opimis
 Ibat miles ouans, dux curru inuectus eburno
 Ingreditur templum, atq; aras amplexus, & ignes
 Prosequitur precibus, ponitq; immania dona.
 Interea croceis fulgens Titonia bigis
 Surgebat, vultuq; alpes lustrabat eoo,
 Itur ad exequias, mandantur corpora terræ
 Quæ sub Marte truci, & sæuis cecidere sub armis.
 Munus vt exactum, supræmaq; funera fletis
 Sunt data corporibus, tunc dux, fortuna sequenda est
 Inquit, & armorum iuuat indulgere labori,
 Hæc vbi, discedens confertum protinus agmen
 Educit, pubemq; omnem petere ocyus altum
 Præthenium iubet, & carris componere vallum.
 Hic regio antiqua est, velut indicat alta vetustas,
 Quam bello rigidi quondam domuere Cheruscæ,

AVSTRIADOS

Quorum Præthenius princeps (si credere dignū est)
 Urbem præclaram statuit, sibi mœnia fixit,
 Prætheniamq; suo dixit de nomine gentem,
 Hæc demum volente die, & labentibus annis
 Phalsgraphidæ cessit, sacrae qui munere tedæ
 Auspiciisq; olim tenuit dotalibus agros.
 Dux ergo insignem multis cum milibus urbem
 Obsidione præmit, tormentorumq; labentes
 Turbine dilacerat turrets, primasq; minaces,
 Aeratosq; ruit laxa compagine postes.
 At fama interea vt belli pernicipibus alis
 Nuntia Phalsgraphidæ Ludouici venit ad aures,
 Præthenium petiit, fido comitatus Eolpo,
 Qui simul atq; Aquilas, & signa micantia vidit
 Sic ait, o quantum nobis hæc castra minantur
 Exitū, quantasq; faces, nostraq; ruinas
 Gentis habet, prohibete nefas, auertite pestem
 Dñj quibus in terris cura est, arcesq; Philippi
 Despiciate, atq; feri rabiem compescite Martis.
 Dixit, & armatum celeri pede transit ad hostem,
 Atq; acies inter graditur, læuesq; facillas.
 Vt fuit ante ducem, & libertas est data fandi,
 Incipit, egregiæ laudes dux Indytæ, & ipsa
 Quam medio exerceas semper clementia bello,
 Huc nostros traxere pedes, gratumq; dedere
 Vim tentare animū, neq; enim facta abfore dictis
 Arbitror, ad nostras quantum fama attulit aures.
 Quippe tua ad superos tantū nec gesta, nec ardens
 Ferretur virtus, nisi te cœlestibus astris
 Infereret pietas, operumq; exacta paterent,

Quare p
 Inque
 Immeri
 Soluen
 Dux ar
 Omale
 Mœni
 Romu
 Armam
 Quint
 Quis m
 Procule
 Hoc sup
 Marm
 Equib
 Interf
 Aequu
 Quinc
 Vrbib
 Venun
 Laudi
 Exitu
 Parua
 Destin
 Bella
 Hostile
 Littor
 Verte
 Quid
 Ingeste

LIBER SEXTVS

Quare per Genium, Manesq; vmbraſq; tuorum
 Linque oro has terras, tantis nec cladibus hauri
 Immeritā gentem, & quando potes ipſe, precantem
 Solue metu populū, quæ tanta iniuria mouit
 Dux animum; atq; urbem fœcit fortuna nocentem.
 O male Præthenio ſunt his duce condita terris
 Mœnia, nam primum ſenſere per arua cohortes
 Romulidum, cum ſæua feros bellona Cheruſcas
 Armavit, quondam rupto qui fœdere Chauco
 Quintiliū adiuncto fuderunt Marte latinum,
 Quis modus o ſuperi dabitur? nunq; ne malorum
 Proculcanda dies; paſſi ſumus omnia, tantum
 Hoc ſuper eſt, veniant Perſæ, Parthiq; fugaces,
 Marmaridumve genus, pronuſq; in vulnera Mazax
 Et quicquid Scythico claudit Mœotica Ponto
 Interfuſa palus, vnde eſt via prima profundis
 Aequoribus, laxiq; patent per Nerea curſus,
 Qui noſtras rapiant terras, incendia captis
 Urbibus iniiciant, deprædatosq; ſub haſta
 Veniendū populos, ſed tu dux Indylte quantum
 Laudis habes viciffe urbem, quæ ſemper inermis
 Extitit, & multos pacem ſeruauit in annos;
 Parua hæc ne tenta, maius tibi Iuppiter æquus
 Deſtinat imperiū, verum ſi tanta gerendi
 Bella auidus, neſcitq; pati aut ſuccumbere virtus,
 Hoſtiles per agros, Rheniq; per aſpera, ſæui
 Littora, confertasq; acies, incendia, mortes
 Verte illhuc vrbes, & iura repoſce duello.
 Quid ciues meruere mei; num ſinibus ignes
 Ingeſſere tuis; raptosve vſſere penates

Intelligit pa-
 trem Palati-
 num, quem
 non ignora-
 bat potentiſ-
 ſimum eſſe.

N

AVSTRIADOS

Non equidem tanti prisci statuere coloni
 Urbem quam bello laceras, fiducia victis
 Non dum tanta viris, populum ad commercia dextræ
 Dux trahe, susceptisque precor iam desine ab armis.
 Dixerat, at cuneos ut vox est lapsa per omnes,
 Placantur fera corda virum, clementia mulcet
 Pectora ceu dulces Hyberno tempore nidos
 Per mare veliuolum cum foelix incubat ales
 Alcyon, & fluctus sedat foetura marinos
 Desistunt venti, & vesana Propontidos ira
 Subsicens, aestusque vado, montesque remittit
 Vndarum, & facili patitur caua lintea cursu.
 Tunc dux hæc contra sedato pectore fatur.
 Quod nos in vestras bellum conuertimus oras,
 Nil mirum patrias sedes, nostrumque Philippus
 Imperium rapuit, multum est quod fabula mundo
 Errat de nobis cum raptis viribus acri
 Inuidia exarsit, Lyndesmitemque nefandum
 Iuuit, & in nostros fines Thalacheron adegit,
 Non fluit hoc animo, neque enim mihi quero triumphos,
 Antiquas repeto sedes, & auita tueri
 Iura volo imperij, Deus annuit, & mihi caelo
 Signa dedit, missio in crines Saturnius igne.
 At si me nuncque Diuum mandata mouerent,
 Oppidave, aut rapti bello confinia regni
 Urgerent pectus, ruere hæc ad prælia Cæsar
 Sollicitat, sequor hunc, nec non sua iussa faceffo.
 Testor ego hoc caput atque umbras, cineresque meorum,
 Nuncque hæc in vestris gessissem prælia terris
 Me nisi traxisset raptarum iniuria laudum.

LIBER SEXTVS

Verum tu postq̄ sedem, dotaleq; regnum
 Restitui poscis, supplexq; in castra petisti,
 Præbemus veniam populis, duroq; volentes
 Soluimus a bello, pacemq; indicimus vrbi.
 Nec piget oblati donis certare priorem,
 Infelix, & solue tuam formidine pubem.
 Finierat, tunc contra orsus sic talibus ille.
 Vellem pro meritis magnas dux Indlyte, grates
 Reddere, Dii superi testes mihi, sed fruar aura
 Dum viuens, & ero postq̄ sub tartara lapsus,
 Dum fluet oceanus, metuetq; sub æquore mergi
 Arctophylax, Phœbiq; diem iubar afferet orbī,
 Nunq̄ animo egregij labetur gratia facti.

Nox ruit interea, tenebrarum, & noctis opacæ
 Interuentu, abiere duces, vltroq; citroq;
 Postq̄ pacta fides, heros velut humidus Auster
 Subiicitur Ponto, vel cum nymbofus Orion
 Saxonium inuadit pelagus, sic vndiq; signis
 Effurit elatis, consumitq; omnia flamma,
 Prosternitq; solo disiectis oppida muris,
 Antiqui tandem Pefychæmi ad mœnia venit,
 Qua vitreus Niceri Nagelia iungitur alueo,
 Et late positis cepit circundare campis,
 Tunc subito trepidare omnes, vt visa repente
 Picta per herbosos figi tentoria campos.
 Non aliter q̄ si terræ absorberet hiatus
 Iactave funestam lampas consumeret urbem.
 Dum timor attonitos agit, tunc prouidus aiæx
 Qui genus antiquis fertur duxisse Thuringis,
 Profilit in medium vulgi, dein talia fatur.

N ij

AVSTRIADOS

Vtendum est paucis inquit, produxit in arctum
 Iam nostrum fortuna caput, tentanda salutis
 Qua datur ipsa via est, en vndiq; cingimur armis,
 Imq; pares bello, tanq; pecus abdimur vrbe,
 Quare agite, & veris animos aduertite dictis.
 Induciæ primum pugnae; vacatio tantum
 Bisquinos oranda dies, neu buccina Martem
 Excitet, admotaq; ruant testudine postes.
 Interea gelidas Iseris mittamus ad oras
 Qui magno belli narrent exorsa Roberto.
 Si feret auxilium, & fessis succurrere rebus
 Ipse volet, duremus ait, Martemq; feramus.
 Sin aliter, iuncta feriamus foedera dextra,
 Vlrycum & læti nostram ducamus in urbem,
 Nunc vtrum vobis placeat decernite ciues.
 Stabant ancipites, tandem in discrimine tanto
 Inducias poscunt, dux annuit, ictaq; vtrinq;
 Pax, bisquinque dies siluerunt arma, sequestro
 Sub Ioue, & hostiles presserunt tela cohortes.

At vero armipotens mouit sua castra Robertus
 Traustanium & multis cinxit legionibus urbem.
 Utq; acies visæ, utq; arma & fulgentia campo
 Signa Palatini, trepidatum est vndiq; in vrbe.
 Hi reparant murorum lapsus, hic caua tortis
 Ballistis onerant, alius sub mœnibus ignes
 Suscitât, atq; sudes fuso succendit oliuo.
 Ast alij aereas turres, pinnasq; minaces
 Ascendunt, palos, & tela immania tollunt,
 Saxaq; plumbatasq;, & auita erugine glandes.
 Nec mora Phalsgraphides, attolli signa maniplos

Impera
 Tunc
 Inonu
 Quado
 lamq;
 Subn
 Culn
 Depe
 Phals
 Occu
 Fund
 Clam
 Sicca
 Euom
 Part
 Mœn
 Pron
 Astu
 Vexil
 Vevis
 Inua
 Corp
 Dum
 Glisc
 Phals
 Turb
 Preci
 Desu
 Nun
 Trau

LIBER SEXTVS

Imperat,aggredierq; excelsam mœnibus urbem.
 Tunc cœlum & montes,syluæ,vallesq; profundæ
 Intonuere,solumq; tremiscere subter anhelans
 Quadrupedantū longe visum est impete equorum.
 Iamq; tribus fit pugna locis,iam miles acernis
 Subnixus gradibus scandit scutatus ad alta
 Culmina murorum,contra feruentibus hostis
 Depellit sudibus,saxisq; molaribus instat
 Phalsgraphidis,ardensq; oleū super arma profundit,
 Occumbunt fortes animæ,necat Asteriphontem
 Funditor Aulibates,ast Elor Ethyngius Heucho
 Clamanti intorta fauces transuerberat hasta.
 Sic cadit Eurynomes,sic & desultor Opæus
 Euomit ille animam framea,sed hic interit arcu.
 Parte alia Alcynous,Naublesq;, & Phadenius Phux
 Mœnia dura ruunt tormentis,ardua moles
 Prona cadit,longoq; horrescunt saxa fragore,
 At sua Phalsgraphides portas impellit ad altas
 Vexilla,euellitq; æratos cardine postes
 Ut via facta,ruunt omnes,armisq; pauentem
 Inuadunt urbem infestis,atq; obuia cædunt
 Corpora,ciuiliq; madent in sanguine tela.
 Dum sæuit Bellona ferox,dumq; ira cruenta
 Gliscit,& urbanam superat vis Martia plebem
 Phalsgraphidæ occurrit magno,laniata capillos
 Turba nurū,pacem lachrymis,veniamq; precatur
 Procidua ante ducē,precibus qui victus,ab æstu
 Desinit armorum,& victa dominatur in vrbe.
 Nuntius interea Pesychemi mœnia linquens
 Traustanium petiit,atq; obsignata tabellis

N iij

AVSTRIADOS

Offert magnanimo patrum mandata Roberto,
 Quæ simul ac legit, curarum examine voluit
 Distractio hinc inde animos, stant Norica cordi
 Bella, nec auderet dotalem inglorius oram
 Deferere, & populos, dulcesq; relinquere terras.
 Multa super meditans secum, dein talibus hincit.
 Non ita magnanimos primo succumbere in ictu
 Fortunæ, belliq; decet, frangiq; periclis.
 Difficilis captu regio, sublimia in auras
 Mœnia tolluntur Nicerus quæ, atq; Entium vtraq;
 Alluit in parte, & tenuis Nagelia cingit.
 Addo arces etiam, duratos Marte labores
 Quis vestrū ignorat: patrios vix agmine campos
 Attigit Vlrycus, trepidatis quo pudor ille
 Armorum cessit: Martisq; abiere furores?
 At postq; sic fracti animi, sic perdita virtus
 Hostem non armis, vllave laceffere pugna
 Est opus, at clausis defendere mœnia portis.
 Auxilio nobis dum belliger arma Boemus
 Sumat, & extremo miles fremat excitus albi.
 Cum primū hic aderunt urbem, vestramq; iuuabo
 Fortunam, perstent ciues, duremque labori
 Interea, patriisq; abigant a mœnibus hostem
 Dixerat, at trepidam præpes festinat in urbem
 Nuntius, & coram simul ac data copia fandi.
 Exponit responsa ducis, dum tempus inertī
 (Nam bisquinque rubens aurora reuexerat ortus)
 Consilio premitur, Decius volet agmine princeps,
 Aggrediturq; ferox magnis clamoribus urbem,
 Cepissetq; nisi penitus luctantibus Austris

LIBER SEXTVS

Ingentes orti motus, quibus almaq; tellus
 Fluctuagumq; mare, & vestigia nostra sub imo
 Oppositi contra, & manes tremuere baratri.
 Tunc passim trepidare patres, sermoq; vagari
 Talis in vrbe, dies cum crastina fulserit heros
 Arma ciet, nostrosq; inuadet milite muros.
 Heu quales gerit ille minas, nun præda vehemur,
 Innuptaq; ibunt famulatum in castra puellæ:
 Quin pacem æternam patriæ, magnumq; vocemus
 Heroa in fœdus, sic passim verba feruntur,
 Et circum aereos pubes cubat anxia muros.

Interea exoritur iubar omnipotentis olympi
 Tunc pugna diffisi animi, iuuenesq; patresq;
 Pergunt ad portas, ingentiaq; æra resoluunt,
 Victoremq; ducem, & florentes ære cateruas
 Accipiunt læti, curruq; inuectus eburno
 Iuramento adigit populos, fœdusq; sacratum
 Teutonico de more ferit Rethcius heros.
 Inde Leostenium sinuosi ad Cocchenis vndas
 Inuehitur, tunc sese vrbesq; arcesq; videres
 Dedere victori, nec non Vespergon, & vdis
 Condita Iastadij Mechymdia mœnia ripis
 Vi capit, & tandem defessus Marte quieuit.

F I N I S.

LIBRI SEPTIMI ARGVMENTVM.

Langraphij Hassiæ gesta narrantur, quem furiosum aliquan-
 tulum fuisse Poeta introducit. Is ergo cum exercitu Chaubos,
 oppidum Rheni inuadit, qui præsidia Heluetiorum habebant.
 Ibiq; nonnulla de Heluetiorum dinocratia. Inde Langraphij or-
 ratio militaris de inuadendis muris noctu, pugnaq; atrox descri-
 bitur. Cumq; fere victor Langraphius uideretur, imbri, tonitru-

AVSTRIADOS

q̄ exterriti Langraphidæ in castra redeunt. Ilicet dux moræ impatiens, castra mouit, Odenhemium inuadit, Stheniumq̄ oppida. Inde Vrsino in monte trophæa ponit. elatus gloria iterum Chaubos repetit, eiusq̄ stratagena describitur, pugnaq̄ cum triginta Chauborum exploratoribus. Sequitur præparatio pugnae naualis. Inreca Sunebergh cum Gesseltum occupauisset, a Palastinis illic oscitabundus capitur. Simulq̄ Chauborum nauale a Langraphidis comburitur. Chauborū oratores centum Budorium petunt, nauesq̄ auxilio deducunt, sequitur pugna naualis in Rheno, & Pallantiæ turris Rhenanæ origo. sed uoce Deum audita Hassiadæ, & tonitru exterriti, classem ad littora uertunt.

AVSTRIADOS LIBER VII.



Nterea ab nobiis deduxerat agmīa syluis
Langraphius dux, scepra tenens qua
magna Thuringis (pit ar ua.
Hassia contigua est, & Bructera fuscis

Hic armat ter mille equites, passimq̄ vagatur
Marte furens, & cuncta quatit, nec viribus vllus
Par erat, aut mediis quisq̄ violentior armis.
Non aliter Nysæ frenatas vertice tygres
Thyrfigeramq̄ nigros pubem commouit ad Indos
Bacchus, & armatas in bella Mimallonas egit,
Hinnit eques, pulsatq̄ solum, tremit omnis ab imo
Tellus, ipse ferox, acerq̄ in prælia turmas
Instruit, & Rheni positos in littore Chaubos
Inuadit, vallumq̄ locat, dein bella per urbem
Chauborum indicit, fama q̄ exterritat hostem,
Gestarum cuius rerum se tollit olympo
Gloria, quantū armis, quantū supereminet omnes
Ingenio, haud vtinam furor & violentia Martis
Tanta foret, mediis victor fulsisset in armis
Venturumq̄ sibi nomen peperisset in æuum.

LIBER SEPTIMVS

Iam Thartessiacas demerserat ora sub vndas
 Occiduis Titan, somnusq; animantia habebat.
 Chaubis nulla quies, senio pars arma situq;
 Pars clypeos mūdant, Chalybumq; in Marte trilices
 Instaurant, velluntq; altis ex montibus ornos,
 Hi fossas ducunt, circundantq; aggere muros.
 Prospectant alij latas ex vrbe phalanges,
 Miranturq;, pauentq; simul, spesq; omnis in ipsos
 Versa erat Heluetios, primū quos liquerat vrbis
 Custodes, remeans ad Norica regna Robertus.
 Hi tragulis ruere in pugnam, & torquere nocentes
 Mazaras sueti, bellatoremq; vocare
 Alcidem votis, & duro tympana trunco
 Quassantes in fata ruunt, nulloc; pauentes
 Turbine bellorum, genus insuperabile pugnant.

Aurifero (vt fama est) riparum margine Rhenus
 Qua ruit ore tonans, illic sua regna gubernant
 Saxofasq; habitant valles, qui viribus acres
 Auxere imperium, transq; alpes iura ministrant,
 Præclarasq; regunt Italis in finibus vrbes.
 Iis igitur curæ est pro muris cernere bello
 Deligere excubias, & aperto Marte phalanges
 Condensas struere, & titubantē accendere plebem
 At contra lustrare locos, murumq; videre
 Langraphius, qua parte queat trabe frangere dura
 Mœnia, & antiquas arces diuellere fundo.

Nox erat, & proceres vocat ad tentoria primos
 Vlrycum saxona, ducemq; Kunystea belli
 Dein tales promit sedato pectore voces.
 Cernitis o socij quanto rapienda triumpho

O

AVSTRIADOS

Vrbs datur hæc nobis, nihil est meminisse peracti,
 Quid refert rudibus moliri incendia villis,
 Agrestes populare domos, & prædia ferro
 Incolumes tantum sultis modo linquere cubos?
 Hic decus, hic laus est, proceres agite horrida tela,
 Et frameas vibrare manu, vel more parentum
 Feruida teutonicis properate in bella Cathæis.
 Quis pudor, & belli & laudum neglecta cupido,
 Ceruicem oblati vetat obiectare triumphis
 Nos bellona vocat, suadentq; silentia noctis
 Inuasisse urbem, crapula, somnoq; sepultam.
 Dixerat, & tacitos flectens ad mœnia gressus,
 Incustoditos scalis inuadere muros
 Cepit, vbi excelsum surgentibus aera pinnis
 Culmina frangebant murorum, peruia nulli.
 Dumq; ea molitur, quernæq; minacibus hærent
 Parietibus scalæ, & muros subit vnus, & alter
 Pondere franguntur ligna, & deiecta cadentum
 Scuta dabant sonitû, vigilemq; it rumor in urbem,
 Vt casus miserum, & longum gemuere ruinae
 Ignari trepidant. Alij inter tela ruebant,
 Accendunt alij tædas, & noctis opacæ
 Discutiunt tenebras, clamant matresq; nurusq;
 Formidantq; viris, fraudumq; ignara iuuentus
 Curstat huc illuc, tandem Leucontius Andes
 Antiquis prognatus auis, Leucisq; profectus
 Anteuolans, cristas & scuta nitentia vidit,
 Et scalis iterum muros ascendier altos,
 Atq; locum inuadit, multosq; a culmine turbat,
 Vociferans huc arma viri, depellite vestris

LIBER SEPTIMVS

Mœnibus hostiles dextras. En vndiq; nostros
 Miles habet muros, his dictis ingruit hosti,
 Tunc subito Heluetij Chauborum ex arce ruentes
 Plumbatis armata cohors, trabibusq; præuſtis
 Instaurant animos, alij insultantia Bebris
 Agmina detrudunt, & pila tricuspide ferro
 Euibrant equites, quo vllum non sæuius ictum
 Telum infert, cum sese hostilibus applicat armis.
 Saxa alij iactant, semifractasq; columnas,
 • Hos timor audaces, & mortem temnere bello
 Desperata salus cogit, longisq; Cathæis
 Vociferantem altis pellunt de mœnibus hostem.
 Parte alia ærisono portarum in limine primi
 Certant Vlrycus saxon, ductorq; Kunysteus,
 Nec non sanguineo indignans effulminat ense
 Langraphius, contraq; iubet ruere agmina muros.
 Diffugiunt omnes, iam propugnacula victor
 Miles habet, trepidi linquunt iam mœnia Chaubi,
 Cum subito tenebras optata crepuscula Phœbi
 Expellunt, referantq; dolos, tunc rursus ab alta
 Arce globus iuuenum magno clamore repellunt
 Langraphidas, gliscitq; atri vis ignea Martis,
 Et iam dux aderat, scalisq; innixus acernis
 Aggreditur muros, qui postq; mœnia vidit
 Deserta & fugere, & victori cedere Chaubos,
 Armatam excutiens dextram, dat signa flagello
 Impeteret latos tormento vt machina muros
 Turrifragis aries extemplo cornibus, alta
 Saxa quatit, pinnasq; trahit ceruice reuulsas
 Ultra autē rapidum, qua Belgica littora, Rhenum

O ij

AVSTRIADOS

Feruida flammatos efflabant æra molares.
 Nam simul horrendo pulsantur turbine cautes
 Territa anhelat humus, cœlũ, nubescq̃, fretumq̃
 Astupet, & Nymphæ subeunt vada Rhenides ima.
 Pugnatur passim, euaduntq̃, tenentq̃ potentes.
 Langraphidæ muros, urbem timor angit, vbiq̃
 Concursum. hic telo in pugnam ruit Ardennæo
 Hic volat Hercyniis condensa per agmina truncis,
 Fert Glycias hastam, cæstu Pythis, Idor acernis
 Ingruit Hamathio cædi de more Saryssis
 Fustibulum Thermona iuuat, quo torquet in auras
 Saxa, & vulnifico committit bella flagello
 Exclamant pauidæ matres, & culmine ab alto
 Antiquas iactare trabes, casusq̃ domorum,
 Dumq̃ furor Thermona agitat, ruit obuius Idmon
 Qui Byturix genere, & patria, sed cæde parentum
 Exilio damnatus erat, deuiçtaq̃ visens
 Regna Sycambrorum multos latuisse per annos
 Fertur, nec sceleris soluisse piacula tanti
 Hic tegere incocto taurorum tergore crines
 Villosq̃ ferocis corpus Centone solebat,
 Qui cernēs Thermona procul, volat impete vasto,
 Et iuuenem telo moribundum sternit arena
 Vociferās Thermon, quis me adiuuat, Idora semper
 Idora commemorat, repletq̃ vlulatibus auras.
 Non secus Ascaniij in nemore Amphitrionius heros
 Incautum clamabat Hylam, curuæq̃ sonabant
 Dilectum valles, Spelæaq̃ saxea nomen.
 Dum gemit infoelix Thermon volat Idor, & inquit
 En Thermon, en vltor adest, nec plura locutus,

Vibrans
 Torque
 Hic cad
 Euomi
 Dumq̃
 Saxum
 Corrum
 Non se
 Ingent
 Saxa ru
 Ille cadit
 Ille pur
 Occurr
 Hæstia
 Dux fla
 Hic arm
 Vibrat,
 Etiam v
 Inonu
 Desiluit
 Vtrame
 Hi repe
 Hæstia
 Dux tan
 Disper
 Imperat,
 Et iam su
 Desieran
 Festinire
 Diruta, &

LIBER SEPTIMVS

Vibrans Aemoniam dextra impellente Saryssam
 Torquet, & effractis transuerberat Idmona costis.
 Hic cadit exanimis, rupto pulmone cruorem
 Euomit, & largo scedatur sanguine tellus.
 Dumq; gerit Thormonta humeris pius Idor, ab alto
 Saxum horrendum ingens, & ineuitabile pondus
 Corruit, & medio defixit vertice vulnus.
 Non secus ac scopulos summis de montibus vndæ
 Ingenti feriunt casu, conuulsaq; ad imum
 Saxa ruunt, plantaq; simul, taxiq; minaces,
 Ille cadit per prona miser, fractoq; cerebro
 Illico purpuream moriens euasit ad auram.
 Occurrunt socij Telamon, Lartesq; Procasq;
 Hassiadum proles, quos inter Martia tela
 Dux flagrans animo vocat alta ad prælia voce.
 Hic armis grauior, scutumq; & fissile robur
 Vibrat, & ærato defendit casside crines.
 Et iam victor erat, cum desuper ignibus atris
 Intonuere poli, creberq; e nubibus imber
 Defluit piceis, & nox præuenta tenebris
 Vtramq; inuasit magna formidine pubem.
 Hi repetunt arcem, fugit ad tentoria miles
 Hassiades, cœlumq; timet, flammascq; tonantis.
 Dux tamen impavidus, quis em̄ non cesserit astris?
 Dispersas recipit turmas, reditumq; repente
 Imperat, & fossis muniri, atq; aggere vallum.
 Et iam sub nigro turbata tonitrua cœlo
 Desierant, Phœbiq; iubar rutilantius ibat,
 Festini redeunt ad propugnacula Chaubi
 Diruta, & euersam mirantur ab ariete molem,

O iij

AVSTRIADOS

Illicet instaurant muros, fossasq; profundas
 Educunt, atq; arma parant, stat mœnibus altis
 Horrida sulphureis feruens ballista sagittis
 Monstrum infame, atrox, quo dirum Iuppiter olim
 Encaladum stravit telo, magnumq; Typho ea,
 Quē nūc flāmiuomis ardēs premit Aethna cauernis,
 Hæc frangit scopulos, ac fœua incendia miscet
 Vulneribus, montesq; volans transuerberat altos,
 At contra dux ipse moræ in diuersa trahebat
 Impatiens animos, mediâq; in nocte refigi
 Signa iubet, totisq; acer legionibus urbem
 Pergit Odernehemum, Drusiq; inuectus in agros
 (Sic memorant vbi busta ducis, subiectaq; moles
 Visitur, ascitis quæ dat cognomina terris)
 Castra locat, bellumq; indicit protinus vrbi,
 Nulla mora inuadit muros, contraq; ruebant
 Nequicq; ciues, fractisq; effulminat heros
 Obiicibus portarum, & in arma cruenta, virosq;
 Prorruit effossos, passimq; miserrima cædes
 Aeditur, iniecta q; absument omnia flammæ,
 Sic victor præda, & spoliis discessit onustus
 Vangionumq; petit littus, dux turbinis instar
 Et Sthenon aggreditur, citiusq; castra locarit,
 Vi potitur muris, vltraq; minantia Rheni
 Vexilla inuexit ripas, montemq; reuisit
 (Vrsinum dixere patres) vbi dura laborum
 Erectis posuit victor monumenta trophæis,
 Iunxerat interea velox ter cornua Phœbe
 Noctiuagis inuecta rotis, lustrabat olympum,
 Nulla duci concessa quies, iterumq; cruenti

Mens
 Arma
 Integ
 Cast
 Iam
 Inge
 Possi
 Quad
 Tem
 Nun
 Facu
 Talis
 Pene
 Perlu
 Ignor
 Indur
 Vber
 Exin
 Etmol
 Perleg
 Nimi
 Effut
 Sollic
 Dūpe
 Veluti
 Verber
 Illic
 Parse
 Prom
 Excipi

LIBER SEPTIMVS

Mens agitat molem belli, dolet, & sua Chaubos
 Arma pati impunes, quando iis victoria belli
 Integra diripitur, sic secum, & luce reuecta
 Castra mouens iterum Chauborū ad littora pergit.
 Iamq; furens aderat, curæq; iræq; coquebant
 Ingentes animos, quo pacto inuadere muros
 Possit agit secum, nunc huc, nunc fluctuat illuc.
 Qualis ab Inoo surgit cum turbida Ponto
 Tempeftas, voluensq; fretū, nunc verberat ortum
 Nunc ad Amyclæi Nilotica regna Canopi
 Fœcundam Aegyptum torquet spumātibus vndis.
 Talis erat dux ipse animū, mentemq; volutans
 Pene sibi haud constat, tandem placet ire, oculisq;
 Perlustrare urbem, sed qua via tutior esset
 Ignorat, versatq; dolos secum, & sibi vestem
 Induit agricolæ, qualis prope littora Rheni
 Vberibus frangit glebosa noualia sulcis.
 Exin dux solus Chauborum pergit ad urbem
 Et moles spectare nouas, atq; omnia circum
 Perlegere ille oculis, cratemq; annectere muris
 Vimineam, & madido portas prætexere tergo
 Effusam cernit pubem, intentusq; virorum
 Sollicitum miratur opus, versatq; trahitq;.

Dū per cuncta oculos, properat qua vortice Rhenus
 Voluitur assiduo, & resonantia saxa cauernis
 Verberat, & crebris amfractibus alluit urbem.
 Illic vasta quies, paucisq; habitata colonis
 Pars erat, atq; vllis incustodita patebat.
 Pro muris stat fossa ingens, quæ gurgite laxo
 Excipit inuectas Alpini fluminis vndas.

AVSTRIADOS

Hic sub rupe caua, & pendentis fornice saxi
 Biffenas religant Lintres, totidemq; Lyburnas
 Ad belli casum, & placida statione triremes
 Ut vidit nauale vetus, facilemque subinde
 Ostentari aditum, qua caeca absumere nocte
 Antiquas poterat flammis violentibus alnos,
 Hinc repetit castra, interea deuexerat umbras
 Nox terris, tacitoque micabant sidera mundo.
 Nec mora, terdeni Lunæ per opaca feruntur
 Deliquia armati pedites, syluisque sub altis
 Conduntur, qua parte datur prospectus in hostem,
 Exploraturi quæ sint munimina vallo,
 Qui vigilent, qui ve arma parent, dū singula fur tim
 Rimantur, pulsusque pedum, densusque resultat
 Armorum fragor, & murmur diuerberat aures.
 Magnanimi Herois cupit ire & cernere causas
 Nocturni strepitus, quæve illis agmina syluis.
 Antiqua in nemore, atque ingens erat Aesculus atro
 Quæ tantum ad Manes imos, ac tartara mittit
 Radices, quantum ramos per nubila tollit
 Illinc nodosum dependens caudice robur.
 Ad terram euulsit, nec ei fors dextera facto
 Defuit, alituum obtenta sub nocte tenebris
 Præsidio est usus, quorum fulgente per umbras
 Remigio alarum, & iactis per compita pennis
 Nocturnum molitur iter, plumasque secutus
 Pendentem vidit Galeam, cristasque micantes
 Arboreo in trunco, qualis cum obtexitur aer
 Iam pleno Phœbe micat inter nubila vultu.
 Postque sic fama est, Ophobergia mœnia Cæsar

Vicit, l
 Hostil
 Squal
 Et pic
 Pars
 Pilaq
 Mag
 Dunc
 App
 Imp
 Et n
 Hunc
 Taur
 Querm
 Infan
 Nor
 Aur
 amq
 Nulla
 Audet
 Cur
 Ostr
 Iupp
 Et nu
 Dapr
 Scui
 Hast
 Suspe
 Cont
 Etcen

LIBER SEPTIMVS

Vicit, Pryschauiosq; inuasit milite campos,
 Hostiles cuncti exuuias, & opima ferebant
 Squallentes auro galeas, nitidoq; Orechalco
 Et picturatis splendentia cingula bullis.
 Pars teretes ocreas, & scuta recurua secures
 Pilaq;, pars clypeos patrias referebat ad oras.
 Magnus auis, Atauisq; potens, & belliger Ostreus,
 Dum repetit Sueuos, dirum & mirabile monstrum
 Apparet sylua in media, quo non fuit vlla
 Importuna magis labes, quam Sarmata telis
 Et niue durati, nequeunt superare geloni
 Hunc veteres dixere vrum, qui per nemora alta
 Taurinis crudescit cornibus, & ferit astra.
 Quem simul ac vidit, subito per membra cucurrit
 Infandus tremor, & vox faucibus hæsit anhelis,
 Non secus imbelles Aquilam timuere columbæ
 Aut fuluum pastor populantem armenta Leonem.
 Iamq; aderat monstrum infrendens, ratioq; subinde
 Nulla fugæ, inuentaq; piget, nec tendere telo
 Audet in aduersum, tandem sic vltima semper
 Cura Deum, & pietas extremo est indiga cœli,
 Ostreus extollens duplices, ad sydera palmas
 Iuppiter omnipotens, inquit, qui fulmina torques
 Et nutu mortale genus, mundumq; gubernas,
 Da precor auxilium, ne nostra inuiscera pestis
 Sæuiat, aut cornu miserum discerpar adunco
 Has tibi dilecta exuuias, monumenta laborum
 Suspendam quercu, nec non cum limina primum
 Contigero patriæ, nostris cadet hostia cultris
 Et centum ducam tauros ad sacra volentes

O v

A V S T R I A D O S

Sic fatus querno suspendit munera trunco
 Audiit ista tonans, & nigri fulminis ignes
 Excutiens dextra, iecit Summanus ab alto,
 Ingentemq; ferit telo inter cornua taurum.
 Ille cadit resupinus humi nemus omne tremiscit
 Saxa tonant, imaq; omnes dant murmura valles
 Non aliter succisa ruit de montibus ornus
 Antiqua insternit plantas, & caudice duro
 Dat sonitum, fractaq; gemunt sub pondere cautes,
 Sic victor diuum auxilio, sua munera liquit
 Chaonia in quercu, & patrias remeavit ad oras
 Incolumis, sacrosq; Ioui instauravit honores.

Hanc igitur galeam capit imperterritus heros
 Langraphius, sylvaq; habitent homines ne, feræne
 Inquirat, tacitumq; petit per opaca tumultum.
 Iamq; aderat, præsensq; viri quo pergitis inquit,
 Quidve armis densatis iter? nun tuta per umbras
 Est via? pro scelus infandum, nec plura locutus
 (Norat enim Chaubos scrutatum castra petentes)
 Insultantem acri percussit Pocyda nodo
 Hic cadit, atq; animã mistam cum sanguine fudit,
 Concurrunt socij, Phlegyas, durusq; Thylemon
 Et senio iam canus Atax, vultuq; superbus
 Euronios, ducens genus a saxone vetustum,
 Inuaduntq; ducem, sic cum pluuiialibus Hædis
 Ionio in magno fluctus agitantur, & altos
 Compulsant scopulos, fremituq; in saxa feruntur,
 Stant tamen immotæ cautes, cursuq; refracto
 In sese redeunt vndæ, victaq; residunt.
 Haud aliter Phlegyan, sæuūq; Thylemona, & acrem

LIBER SEPTIMVS

Euronium fur or impellit, ruit ille bipenni,
 Vulnificas iacit hic Theutisco more Catheias,
 Durior ille tamen scopulis, solidoq; adamante
 Stat contra, truncumq; vibrat, visq; recedit
 Lāgraphio tremebūdu Ax, pauidusq; Thylemon.
 Non tulit hoc Dorylas, proiecto sed pede telum
 Contorsit vehemens, secat aera stridula cornus
 Et rude vulnifica tegumentum cuspede frangit
 Magnanimi Herois, sed non tulit illa cruorem,
 Reicit excussam dux ilicet, & dolor intus
 Aestuat, & nigro sudant praeordia felle,
 Impatiensq; irae furit, & Ramalia quassans
 Vno, treis animas ictu sub tartara misit.
 Inde petit Phlegyan, qui pelle Alpinidos vrsae
 Pro tectus, binis comittit praelia Gæsis.
 Quis te ait, eripiet nobis: truncumq; reflectens
 Ad caput, ingeminat vires, & tergoe fracto
 Inuadit costas, iamq; ad praeordia lapsus
 Crudescit vulnus, gelidis mox eruta venis
 Effugit Manes anima indignata sub imos.
 Pergit victor ouans, qualis fame concita tygris
 Armenium pecus inuadit, nunc ore cruento
 Agrestem ruit in taurum, nunc impete vasto
 Turbat equos, solidā trepidans quatit vngula terrā,
 Excelsosq; petit montes, & flumina tranat,
 Haud aliter gliscit timor illis, inde per alta
 Culmina diffugiunt, stat solus Marte Cleobus
 Inuictus, reuocans fugientem in praelia cubum
 Hic etenim (vt memorant) pellectus amore Cyenes
 Chaubigenæ, extremis Myforum venerat oris

AVSTRIADOS

(Namq̄ illic regnasse ferunt) fratriq̄ relicto
 Imperio, vt belli casum præsensit Amatae
 Venit in auxiliũ, quid amor non imperat, audet
 Imbellem ne vnq̄ post fata reprænderet hastam,
 Degeneresq̄ animos, sæuum ruere acris in hostem.
 Ac prior aggressus, vibrat telum inde sub alam
 Vulnus agit dextram, sanguis fluit horridus atro
 Ore minis oculisq̄ tumens, vinci dolet heros,
 Instat atrox, pugnaeq̄ ruit, roburq̄ coruscat,
 Hic molem refugit saltu, & se subtrahit hosti.
 Et noua bella parat, volat igneus æquora syluæ
 Nunc costas feriens, nunc crura, parumq̄ moratus
 Respicit ingentes artus, visisq̄ tremiscit.
 Tum vero haud aliter scopulosa ceraunia tranans
 Venantum telis sus Epirotica sæuit
 Et fremit horrendum, calidoq̄ effulminat ore,
 Protinus irarum frendens retinacula soluit.
 Sicheros, viresq̄, æstusq̄ recolligit alto
 Marte furens, telosq̄ ferum ferus impetit hostem.
 Mons erat excelsis scopulis, & cautibus horrens
 Vnde æuo lapides consumpti, & fragmina ad imum
 Corruerant, illinc ingenti pondere saxum,
 Quod vix quinq̄ viri, quos præsens protulit æuũ,
 Tollere humo possent, adeo natura relabi
 Cernitur, inq̄ dies consumi degener ætas.
 Corripuit, vibratq̄ altum, tremuere profunda
 Ad iactum valles, medioq̄ vmbone pependit
 Saxum ingens, telosq̄ hestis discussit habenas
 Labitur exanimis, ruptoq̄ ad aperta cerebro
 Fit cutis, & moriens charam vocat ore Cyenem.

Interea & r
 Purpuream
 Tartara, d
 Dispulerat
 Igne nouo
 Vulneribus
 Consilium
 Nec mora
 Imperat, & d
 Efficunt n
 Sylvarum, r
 Compingu
 Intorquent
 Insignis fal
 Feruet opu
 Non aliter
 Sicilia arc
 Palladium, &
 Fulminei Sto
 Feruidus, at
 Stant aliq̄ ad
 Et maturat
 Instant sic o
 Robora, & a
 Hic clauum f
 Langraphij, s
 Ante opus, j
 Impellunt ter
 Dum nou
 Alberti iussu

LIBER SEPTIMVS.

Interea & miseri iam singultantia corda
 Purpuream eructant animam, quæ lapsa sub ima
 Tartara, defunctos Manes, sociosq; reuisit.
 Dispulerat noctem nostro Sol aureus orbe
 Igne nouo, Croceisq; fugauerat astra quadrigis,
 Vulneribus data cura ducis, deinde ordine narrat
 Consilium, Martisq; dolos, & fortia facta.
 Nec mora succidi teretes de montibus ornos
 Imperat, & trabibus celeres contexere naues.
 Efficiunt mandata citi, subit ille per alta
 Sylvarum, remosq; rudes, & transtra recidit,
 Compinguntq; foros alij, longosq; rudentes
 Intorquent, spirasq; immanes explicat Othreus
 Insignis faber, & cæsa erigit Abiete malos,
 Feruet opus iuuenum, passim crescitq; videndo.
 Non aliter missam voluunt incude Cyclopes.
 Sicania ardentem, magnus nouat ægida Brontes
 Palladium, & sæua componit Gorgone crines,
 Fulminei Steropes Iouis ignes, Martia frena
 Feruidus, atq; Harpen Saturnida conficit Arges.
 Stant alij ad folles, obseruat Mulciber ictus.
 Et maturat opus, formataq; temperat arma,
 Instant sic operi iuuenes, secat ille bipenni
 Robora, & annexa rimas compagine iungit.
 Hic clauum figit, auget præsentia vires
 Langraphij, laudatq; manus, seruatq; magistros
 Ante opus, ij celeres subiecto robore naues
 Impellunt tereti, aut humeris vecta innatat alnus.
 Dum noua sic classis, naualiaq; arma parantur,
 Alberti iussu Sunebergius occupat heros

A VSTRIADOS

Geisenfelt
in quo a Pa
latinis Sune
berg captus.

Geiseltum dixerunt locum, fraudemque timeret
Cum minime hostilem, nullas circumdare muros
Excubias noctu, aut portas custode teneri
Iusserat, it passim Tyro, atque ignobilis oculi
Cura tenet miseros, nec plus meminisse peracta
Bella iuuat, caeloque ingentem extendere famam.
Haec cum Gorgiae (quis enim solertior illo)
Explorata forent, illuc per in hospita tendit
Clam loca, & ignauium fertur violentus in hostem.
Vix ergo roseas surgens aurora iugales
Impulerat, creperique albebant temporis umbræ,
Ecce autem infestis, vino, somnoque sepultos
Inuadit telis Gorgias ductor, at hostem
Ut sensit vecors armatum miles adesse,
Qui potuere fugam rapiunt, Suneburgius heros
In media arrepto dum prorruit agmina pilo,
Vi capitur, sic miles ouans, spoliisque superbus
Captiuus, praedaeque ingente recessit onustus.

At vero armipotens Rhenana ad littora classem
Langraphius propere belli fabricauerat vsu,
Qui mox delegit iuuenes, fortissima bello
Pectora, dein breuiter quae sint peragenda profatur,
Ite ait, & flamma Chauborum amburite classem
Quae sub rupe caua, atque annosi fornice saxi
Adsilet, & tuta vndarum statione quiescit,
Vasta ubi pars urbis, nullocum habitata colono
Foelicem factis vobis accommodat vsu.
Dixerat, at flammis audax armata iuuentus
Transiliunt vallos, ac per compendia nota
Intenti ad facinus mussant, classemque requirunt,

LIBER SEPTIMVS.

Iamq; globis flamarum aderant, tunc primus Aretes
 Accelerate gradum socij, sic talia fatus
 Fumiferum intorquet telum, ratis vncta calore
 Liquitur, inq; vado laxa compage residit.
 Haud aliter medijs pressis de nubibus ardor
 Saxonias vrit pinus, voluitq; sub vndas,
 Vnanimes alij iactant, tædasq; sudescq;
 Vulcano populante rates, furit ignea pestis,
 Nunc tonfas, nunc transra cremans, lateq; vagatur
 Fumi uomus vortex, orasq; & vela perurit,
 Rostra alij refecant, alij de rupibus altos
 Corripiunt malos, vertuntq; in flumine puppes,
 Iam crepitare ignes, fumusq; vndare per urbem
 Densus, præfurua replens caligine muros.
 Excitæ excubiæ, subit ad fastigia pollux,
 Agnoscitq; dolos, & cornu personat vnco.
 Tunc subito armati trepidant, facinusq; requirunt.
 Langraphidæ classem incendunt, & littora circum
 Collucent flammis inquit, ferte obuia tela.
 His dictis tota cunctos ex vrbe ruentes
 Aspiceres, sed nigra timent spectacula noctis,
 Pellereq; infandos audent, nec puppibus ignes,
 Sed longe spectant, veluti cum Martius agnos
 A stabulis lupus eripuit, stat pastor in alta
 Formidans specula, & nequicq; voce minatur.
 Vritur interea classis, vastoq; sub amne
 Mergitur, & facibus rupes, scopuliq; tepescunt.
 It clamor cœlo, pueri, innuptæq; puellæ,
 Exanimis postq; cunctis pauor omnis abiit
 Ad littus properant, replentq; vlulatus auras.

A VSTRIADOS

Desierant ignes, planctumq; cohercuit ægrā
 Chauborum pubes, spectant vada turbida fumo
 Nullaq; discernunt priscae vestigia classis.
 Interea residens sublimis in aggere pollux
 Instabat cornu, reditumq; canebat ad urbem,
 Discedunt moesti, fluuiumq;, & littora linquunt.
 At iuuenes cara freti caligine noctis
 Castra petunt, dominūq; adeunt, ac magnus Azees
 Q; primum vt breuiter coram data copia fandi,
 Cuncta refert, pendentq; alij, spectantq; loquentē,
 Dux gaudet facto, ac lætus sic incipit ore.
 O animæ insignes bello, sic itur ad astra,
 Pergite & auspiciis vosmet seruate secundis,
 Et mecum belli quæso tolerate labores,
 Afferet vna dies, post victa pericula nobis
 Post domitos casus, requiem, metamq; laborum,
 Qua diues cernet raptos ex hoste triumphos
 Hassia, & Abnobiam pubem laudabit ouantem.
 Dixit, & hæc voluens animo nihil abfore credit
 Quin urbem capiat Chauborum, & classe parata
 Ingentes pinus, vinctasq; innare carinas
 Aurifero in fluuiio, & spumantes æquore remos
 Aspiceres, fluctusq; imo feruescere fundo,
 Nec mora cæruleis verrebant flumina tonsis
 (Alpinus, Thrasyasq; Lygur, Myfusq; Ephialtes
 Codrus, & Hercynio duratus frigore Phorcys)
 Non aliter tonsi veniunt ad bella Britanni
 Nauibus euerrunt qui versicoloribus vndas.
 Ipse super tanta præfectus classe, tribunos
 Eligit Argæon qui nauibus Andecrinis

Præfid
 Dumq;
 Centur
 Budor
 Cōmer
 Exust
 Præli
 Feru
 Imple
 Phallic
 Auxil
 Talis
 O vit
 Lang
 Non o
 Nec
 Casab
 Obiec
 Vos
 Nunci
 Null
 Dedun
 Exter
 Euole
 Corn
 Iam
 Alta
 Class
 Fcem
 Susci

LIBER SEPTIMVS

Præsidaeant, aliis clauum data cura regendi,
 Dumq; aptant classem, & fluuio compellitur alnus,
 Centum oratores festini montis ad oras
 Budorij trepidant, miserandæq; ordine coram
 Cōmemorant casus vrbis, stragemq; suorum,
 Exustasq; rates, nec non naualia Rheno
 Prælia moliri Hassiadas, fluctusq; sub alnis
 Feruere iam totos, quare per numina Diuum
 Implorare fidem, qua magnum Heroa secuti
 Phalsgraphidem, vtq; fero possint obsistere Marti
 Auxiliū expetere, & factō sic sine silebant.

Budorij
 Heidelberg
 intelligit ex
 Pto.

Talibus at contra verbis sic incipit heros.
 O vtinam nostras solus mouisset ad vrbes
 Langraphius, tantumq; effunderet Hassia turmas.
 Non equidem vestros fregisset machina muros,
 Nec circum Abnobiis tepuissent littora flammis,
 Cæsar adest, vetitumq; mihi per bella, per hostes
 Obiecisse caput, vestrisq; occumbere campis.
 Vos seruate fidem, req; ipsa, opibusq; iuuabo.
 Nunc ite, & nostræ retinacula scindite classi.
 Nulla mora his dictis, vicina ad littora tendunt,
 Deducuntq; alto varias e gurgite naues.
 Extemplo repetunt Chaubos, iam præpete cursu
 Euolat vncta abies, ceu torta Cydonia fertur
 Cornus, & Eoos stridens præuertitur Euros.
 Iam mali apparent longe, iam carbasa cernit
 Alta ex arce Gyas, cornu vocat vndiq; ciues,
 Classis adest inquit, currunt pueriq; viriq;
 Fœmineumq; imbelles genus, stant littore curuo,
 Suscipiuntq; rates, & contis vincula nectunt.

P

AVSTRIADOS

Ut fama Hassiadum percussit certior aures
 Aduenisse nouas cuborum ad littora pinus,
 Mussabant cuncti, formidantesq; repente
 Voluunt huc illuc animos, totisq; vagantur
 Castris, quos inter surgens violentior heros
 Tales expromit voces, ac turbidus inquit,
 Nunc vbi de vestris, vbi nunc iactantia verbis
 Cessit: vbi vires laudumq; accensa cupido?
 Aduenere rates, fugiamus ad Hassia regna
 Indecores, nostrisq; iterum occultemur in oris,
 Scilicet vt fausto de nobis Marte triumphet
 Hostis, & alterius fiat victoria belli.
 Iam parta, & tanti rapiatur fama laboris,
 Dixit, & auersus cunctis se subtrahit, inde
 Loricas auro intextas nitidoq; orichalco
 Induit, & tortos contexit casside crines
 Fert vibrans hastile manu, sic percitus ira
 Armatum ruit ad littus, classemq; parari
 Imperat, & lituo signum dare Martis adunco
 Aenopylum, pugnaq; animos accendere cantu.
 Vt sonitus strepuere graues, & tessara belli
 Promulgata omnis pubes volat, armaq; passim
 Condamata, gerit falcem hic qua carbasa possit
 Scindere, & in fluuio spumantes mergere puppes.
 Teutonicas alij gestant de more bipennes,
 Hij contos, Naphthamq; parant, tædamq; picemq;
 Et saxa & Pharetras, & acuti fulminis ignes
 Aeratis aptant ratibus, naualeq; bellum
 Accelerant auidi, & circum caua littora complent,
 Et iam fama volat, & tristia nuntiat arma

Lang
 Class
 Expo
 Toll
 Sub
 Ad
 Nar
 Alta
 Tra
 Rhe
 Et
 Facto
 Que
 Seru
 Hæc
 Lar
 Huc
 Lara
 Inter
 Vnct
 Hass
 Holi
 Agg
 Dir
 Hoc
 Nec
 Aer
 Dux
 In Po
 Sulph

LIBER SEPTIMVS

Langraphidas armare rates, belliq; dedisse
 Classica venturi, tunc Chaubi ad littora pergunt,
 Expectantq; acrem rostratis puppibus hostem.
 Tollitur in vasto turbati flumine Rheni
 Sublimis scopulus, quem desuper ardua turris
 Ad cœlum erigitur, Chauborumq; imminet vrbi
 Namq; vt fama vetus, remeans Tirynthius oris
 Alta Erythia tuis, & regis victor Iberi
 Trans Pyrenæos montes, ad flumen abegit
 Rheni armenta boum, pauitq; in littore tauros.
 Et molem erexit mediis in fluctibus altam
 Factorum monumentum ingens, sociiq; sepulchro
 Quem secum Arcadio deduxit Pallantæo
 Seruat adhuc priscum turris Pallantia nomen
 Hæc frustra tentata diu, tremefactaq; duro
 Langraphio, solida est & acutis cautibus hæret.
 Huc ergo lapidum cumulis armata iuuentus
 Læta subit pugnam, naualiaq; orsa moratur.
 Interea Abnobiis impellitur ardua remis
 Vincta larix, & sulphureis horrenda sagittis
 Hassiades scandunt ad propugnacula turmæ.
 Hostica stat contra nauis, primumq; Dryopas
 Aggreditur cornu, rostrumq; minante Lyburna
 Dirigit, & contra propulsas atterit alnos,
 Hoc pugnae exorsum, hæc vdi mauortis Enyo,
 Nec mora prærupto tolluntur gurgite voces,
 Aerataq; volant agitata per æquora pinus,
 Dux proram sinuat, vasto dein impete fertur
 In Pocryn, qui summa tenens fastigia turris
 Sulphureas intra iactat tabulata cupressus,

AVSTRIADOS

Vnde rates (mirum) mediis in fluctibus ardent.
 Hunc calamo, qualem pubes Ryphea, veneno
 Armat, & hostilem diuerberat Aegida Byzas,
 Transadigit, cadit ille alto moribundus, & æquor
 Ebibit, atq; animam spumantibus oculit vndis.
 Tunc subito exanimes socij, dare lintea retro
 Conantur, sed longa Abies, dum remige velox
 Effugit ad littus latebroso pumice, fracta
 Mergitur, ac fluctus laxa compage receptat.
 Vrinant vasto demersi gurgite nantes,
 Fluctuat hic tabulis, pars fragminis Antennarum
 Aut mali frusto insidunt, natat Orphiton æquor
 Aerato inuectus remo, Leucusq; Phonartes
 Per medios audax vncta trabe labitur hostes.

Ecce autem summo præpes de flumine Pistris
 Pellitur, atq; æquor Rheni secat ære bicornis
 Huic Phorbas præerat, teloq; armatus hiulco
 Proclamat longe, remis vada scindite ciues,
 Armatasq; inferte manus, en quantus in alta
 Puppe volans dux ipse furit, iam mergimur vndis
 Ni vos præstetis solitas in prælia vires.
 Dixit, & ardentem nixus pede lampada torquens
 Prorruit ingenti rostro, retroq; repellit
 Abnobidam nauim, veluti cum fluctibus ipsi
 Pelluntur fluctus, aut densus grandine nymbus
 Truditur ad terram nymbo, cum creber in Aethra
 Fit tonitrus, terrentq; cadentia fulmina mundum.
 Vtraq; sic ratis est, rapidas fugit illa per vndas
 Hæc sequitur, iactantq; faces Phorbantia pubes,
 Roboreq; ærata irrumpunt tabulata trabali

LIBER SEPTIMVS

Dum victo insultat victor, dux ingruit hosti
 Langraphius, verritq; vndas, ac fulminat ignes.
 Quales fumiferi iaculantur ab ore Veseui
 Stupea flamma volat, lateriq; infixæ Lyburnæ
 Vrit, & obscuro densatur nauita fumo,
 Sergius a turri sociiq; enixius alta
 Deiciunt lapides, flammascq;, & fulminis instar
 Tela, vorantq; ingenti accensas turbine lintres.
 Augetur clamorq; virum, sonitusq; rudentum,
 Belgicæq; horrescunt nauali littora bello.
 Langraphium euitat Phorbas, clauumq; reflectens
 Fertur in Alcanthem, stant rostra minantia rostris
 Obuia, & infando reuolutas turbine pinus
 Excipiunt, iactantq; simul, fit pugna vicissim,
 Ardens hinc plures nequicq; innare videres
 Gurgite sub vasto, qua spumans vortice Rhenus
 Voluitur assiduo, & raptat vi corpora fundo.
 Stant tamen omnes intrepidi, volat ære Sycopas
 Alcanthemq; ciet pugna, ruit obuius Harpax,
 Venerat Hassiadæ magna qui Martis ab vrbe,
 Utq; simul congressa abies, pilatus vterq;
 Pugnat pro rostris, tacitoq; intercipit vnco
 Quisq; ratem, certantq; pares, iam cominus ambo,
 Ille Semyramio calefacta bitumine tela
 Torquet in aduersum, populatrix flâma Cherucos
 Haurit, & æthereas rapiunt incendia turres.
 Excutitur nauta, & mediis in fluctibus errant
 Remigiumq;, viriq; simul, furit alter acernis
 Asseribus, duroq; ratis ferit Ariete costas.
 Franguntur tabulæ, malus labat, ipsaq; in imo

AVSTRIADOS

Laxatur sentina vado, & compagine fracta
 Per Rheni campos puppes voluntur vtræq;
 Turbidaq; effuso depingitur vnda cruore
 Cleuius Orbantem iaculo ferit, hic Thrasycontis
 Fulmineus Getico transfuerberat ilia neruo,
 Exanimés ambo proni labuntur, & amnem
 Inficiunt tabo, spumasq; ad littora voluit
 Vnda cruentatas, quondam velut Actia templo
 Aequora Leucadius de summo vidit Apollo.
 Et iam per fractas vortex penetrauerat alnos
 Turbidus, inq; vado puppes alliserat imo
 Merguntur cuncti, scutataq; turba sub amne
 Voluitur, & præssos transfundit in æthera quæstus.
 Dux aderat præfens, nantemq; in gurgite vasto
 Alchantemq; Gyanq; luporum terga gerentes
 Ad sese recipit, telumq; effulminat acre
 Aduersam in puppim, genuit illa, & pondere magno
 Dat sonitum, excussosq; tremunt temone magister,
 Dux flagrat pugna, atq; irarum effundit habenas.
 Nunc tædas, nunc saxa iacit, telosq; coruscans
 Immani, nautis victor super instat, & vrget.
 Non alitur Phorcys curua maris æquora concha
 Commouet, aut latos exterret fuscina campos
 Neptuni, fugiunt Nymphæ Oceanitides, ipse
 Inous Colchos repetit cum matre Palæmon.
 Sic ducis aspectu fugiunt cuncti, & sua vertunt
 Carbasa, nec tantis audent concurrere telis.
 Stabant plorantes miseræ per mœnia matres,
 Exorantq; Deos, vocesq; ad sydera tollunt.
 Nec mora, vox tenues sic est horrenda per auras,

LIBER SEPTIMVS

Qua montes tremuere omnes, audita profari,
Hassiadum proles verso da lintea cursu,
Ac retro propera, nostram ne ve attere gentem.
Sic placidum Diuis, tacet inde, atq; æthere fulmen
Concussum medio, signum hoc solet esse tonantis
Cū niueum Rhodopen, aut altū effulminat Othryn
Illicet armipotens Diuorum iussa reuoluens
Langraphius, læuo cedendum censuit astro,
Tunc flectit cursum, classemq; ad littora vertit.

F I N I S.

LIBRI OCTAVI ARGVMENTVM.

Leucippe Palatinorum nutrix, & solers Philippo Palatino somnium narrat. scilicet se Dea duce in orbem Lunæ raptam fuisse, multaq; de Lunæ uastitate narrat ac natura, de Harmonia cœlesti, Sphæris, de polis, & mundi, terrarumq; sectionibus, de æquinoctiis, & Solstitiis, & dierum æquatione, diuersitateq; de eclipfi Solis, & Lunæ, de occasu, ortuq; syderum, deinde ad quorūdam syderum fabulas descendit. Postea quædam de principiis rerum narrat. Deinde diuisionem orbis terrarum profectitur, & ab Africa exorsa multum illic immoratur, pluraq; de Nili origine atq; incremento. Item de Atlante Mauritanix monte, de Syrtibus, & cæteris locis, mox Asiam breuiter percurrens Europamq; ad particularem Germanix descriptionem in qua immoratur, descendit ubi multa de Danubio, Rheno, & Hercynia sylua refert. In fine locum inter beatos Roberto parari se uidisse prædicat, breuiq; eius futuram mortem uaticinatur.

AVSTRIADOS LIBER VIII.

Am matutinus Creceæ Pallatides ortus
Reppulerat noctē, lucēq; reuexerat orbi.
Nec mora Leucippe gressu titubante senili
Olim Phalgraphidū fuerat quæ maxi
Solersq; igenio facūdas hauserat artes, (ma nutrix,
P iiij

AVSTRIADOS

Pergit ad excelsas ædes atria alta parentum,
Atq; hæc magnanimo pandit longæua Philippo,
Cœlestes præfata Deos, & numina olympi.

Vos immortales superi, vos sydera testes
Inuoco ait, nobis si dantur somnia vera,
(Sæpe etenim pars illa animi quæ purior extat
Haud rationis inops, vera & tranquilla quietis
Somnia dat, recipitq; Deo prænosse futura)
Effari liceat, quasq; ipsa miserrima vidi
Pandere res altas, mirandaq; prodere terris.
Tu (precor) adde fidem, atq; futuris consule rebus.
Tunc ille o nutrix, capite hoc mihi charior, inquit.
Dic rogo dic agedū, & quæ sint hæc somnia narra,
Solue animum curis. At contra talibus illa
Orditur, miseri cum nocte teguntur opaca
Mortales, altoq; polo volat humida Phœbe,
Visa mihi ante oculos Diuæ splendentis imago
Sistere labentes glauco Temone quadrigas,
Meq; vna secum iussit considerare curru
Iam super humen tesq; plagasq; & nubila, curuo
Axe ferebamur, cum se Saturnia Iuno
Obtulit, & nigro præcaligantia peplo
Ora gerens, læua turbata tonitrua promit,
Dextra impellit aquas, atq; alta ceraunia pulsat
Grandine, & attonito gignit miracula mundo.
Atq; huic sub pedibus præuastæ pondera massæ
Cernuntur, iuxtaq; sedens Thaumantias iris,
Sole coloratos gignens in nubibus arcus,
Inde cito immensum vectæ super aera cursu
Aethera non stabili vicinum ascendimus astro,

LIBER OCTAVVS

Iunctaq; multiuagæ, rapimus confinia Phœbes
 Regna Iouis magni, qua fulmen, & Aegida vibrat
 Et matutino qui temperat astra recurſu,
 Vtq; ingens ſpatium, laxataq; regna bicornis
 Attigimus Lunæ ſtupui, q̄; vaſta videbam
 Aequora camporum, fluuiosq; e montibus altis
 Perſtrepere horrendum, quid cellas eloquar vrbes
 Oppidaq; & tractas ad ſydera vertice turres?
 Tunc Deus ille mihi, paucis longæua profabor
 Aduerte o nutrix, remq; omnem ex ordine pandā.

Principio quæ regna vides, quosq; aſpicias orbes
 Omnia ſunt Lunæ, varium & mutabile ſyduſ
 Permeat, & rigidi nunc ſeſe Aquilonis ad oram
 Fleſcit, & ad pluuios contermina porricit Auſtros.
 Nunc alibi q̄; credis erit, cœloq; ſubinde
 Diſſimilis fit Luna ſibi, iam nulla repente
 Et iam tota micat, repetit modo tarda cubile,
 Et modo per tenebras pernicipibus euolat alis,
 Hac Atlantæi fluctus, & Cymbrica Tethys
 Pelluntur, ſas eſt fugientem ſaxona motam
 Sæpe videre vndam, & totis electra natate
 Littoribus, titubat cum alto Gleſſaria Ponto,
 Et legit Auricomus pallentia ſuccina leuon,
 Sed tantum lucis lampas ſibi Delphica quantum
 Elargitur, habet, nitet æmula & effugat vmbraſ.
 Fertur & Athracio terras, afflata veneno
 Appetere, & magico palleſcere Luna ſufurro
 Cum Pheſtos, Gortynaq; nec non indyta Lyctos
 Cypria percutiunt Idæis æra flagellis
 Sollicitantq; Deæ aduentum, ſonituq; reclamant

AVSTRIADOS

Littora Lathæa, & Minoum perstrepat antrum.

Tunc ego, q̄s sonitus nostras Dea perculit aures,
 Vnde oritur? qua par te poli? mox illa vicissim
 Sic ait, ad superas quantum potes, erige sedes
 Lumina, quoq; modo possis cognoscere, fabor.
 Primus qui se oculis offert Atlantius Arcas
 Emicat, hinc pernox & Phœbo præuius aster
 Regna tenet, qui dum exortos Hyperionis ignes
 Præcedit cursu, tunc nomen lucifer olli est,
 At cum Pyrenem, & fuluos transcendit Iberos
 Occiduus Titan, mutato nomine vesper
 Dicitur, atq; idem alterno tamen vnus in ortu est.
 Inde iubar Solis flammis rutilantibus astra
 Permeat, & cursu totum discriminat annum,
 Thrax super hūc Mauors, rigidūq; effulminat ensē
 Vt cernis, visusq; mihi iam pronus in Hebrum
 Exarmare Getas, Ciconasq; agitare niuales
 Hinc placidi nitet ora Iouis, sed in arce supræma
 Argenti posita est Saturnia Zona recessu
 Astrorum, octauus retinet sibi circulus ignes.
 At reliqui duo sunt, quorum piger alter ad Indos
 Se voluit trepidante gradu, rursusq; reuisit
 Hesperiam rediens alternis motibus vndam,
 Vltimus auersos de littore voluit eoo
 Sphærarum motus, secum agit & trahit orbes
 Inuitos, noctemq; supra, Solemq; reducit.
 Qui cum non parili spatio, nec motibus iisdem
 Voluantur, contraq; alto nitentia mundo
 Interualla sonent, & tardius astra ferantur
 Falciferi remorata senis, citiusq; recurat

LIBER OCTAVVS

Luna vices, pulsusq; grauis iungatur acuto
 Quolibet & varie Sphærarum intermeet apsis
 Exoritur sonus ille tuas qui mulceat aures.
 Ast ego, vbi moles Sphærarum extrema mouetur,
 Cui voluens motus, & vastum pondus inhæret.
 Vtq; hoc partita est totum natura sit an ne
 Conditio terrarum eadem? dum talia contor
 Incipit illa, poli duo sunt, quorum Arcticus alter
 Quē vos aspicitis transq; Orcadas, & freta Thules
 Longa Calystonia duce littora quæritis vrsa,
 Alter ad Antipodas, & quæ vestigia gentes
 Contra habitant nostra, atq; imo pulsant ab Austro,
 Demersus terrasq; alias, populosq; profundos
 Verticibus premit ille suis, sic cardine mundus
 Circum agitur duplici, dein qua Rypheius umbo
 Tollitur, atq; vrget glacialis plaustra Bootes
 Signa micant sena, & totidem tellure sub ima
 Qua mediis textet axe dies, Antarctica dicunt.
 Verum hæc sufficient nobis si tempora fando
 Prosequar, & veri causas referabo latentes.
 Nunc autem quodeuncq; vides, terrasq; polumq;
 Quinq; tenent Zonæ, glacies & frigora damnant
 Extremas, horretq; gelu pars vtraq; mundi
 Verum quæ media est, quamq; intractabilis æstu
 Credatur, sed vana fides, non frigore lædi,
 Nec feruere plagam voluit Deus, at niue flammam
 Miscuit, atq; inibi posuit mortalibus almam
 Temperiem, & regnum vobis habitabile fixit.
 Sic etiam reliquas quas hæc plaga tangit vtrinq;
 Mortales habitant, qui plusve, minusve premuntur

AVSTRIADOS

Frigoribus, Solemque vident, ut cominus ardet,
 Aut longe inualidus spargit sua lumina Titan.
 Forsitan vnde dies, & nox librata requiris
 Aequales seruent cursus, vel laxet eosdem,
 Laxatosque arctet rursus, quia postmodo duplex
 Solstitium sit parte poli, sic accipe paucis.

Signifero nunquam discedit tramite Phœbus
 Qui dum cornigerum vectorem Nepheleidos Helles
 Permeat, & primas amburit lampade partes
 Tantundem spatium nox atra, diesque recurrit,
 At cum se ad taurum, prolemque Atlantida confert
 Ad Boream versus, fraternaque sidera Titan
 Tollitur, atque supra terram fastigiat orbem,
 Inde gradu maiore dies, & tempora veris
 Orta micant, & humum pingunt vaga prata Lycaam.
 Mox ut Lernæi qua deflagrantia cancri
 Brachia panduntur, regioque breuissima cœli est
 Peruenit, & totidem consistit partibus, illic
 Solstitium memorant fieri, cum feruidus axis
 Torret agros, paruaque cibum bos ruminat umbra.
 Cum se Caucaei voluit de rupe bicornis
 Indus, & excursu est Patale stupefacta niuali,
 Inde Mycenæi dum permeat ora Leonis,
 Diminuitque dies, & thauri lucibus æquat.
 At postquam illinc Sol abiit, flauamque reuisit
 Erigonem, vector meat iisdem Athamantiis horis,
 Exin terrigenæ Phaetontis fabula Chelæ
 Accipiunt Phœbum, gradibus tunc voluitur æquis,
 Nox spatio contenta die, quo corniger ibat,
 Ammonis veruex, sed cum se scorpius offert,

LIBER OCTAVVS

Occasumq; petunt cum Pleiades Atlantæ,
Ad medias progressa plagas, laxata dierum
Interualla secat, Phæbeia lampas, & arctat
Centaurum Chirona petens, sed & arctius illis
Dat vobis spatium, & lucem brumalis Apollo,
Cum gelida Idæi Capricorni signa recurrit,
Altera Solstitia, aereas tunc nix tegit alpes,
Et septena trahens hæret Scythico ostia Ponto,
Quadriiugi patiens plaustri Germanicus Ister,
Noriciusq; gelu vadit super accola crustas,
Cum vero Iliacus sibi iungit Aquarius orbem
Titanum, solisq; iubar tot continet horas
Scorpius, occiduo adimens iubar Orioni.
Mox Sol cum Zephyri mundum genitalibus auris
Mulcent, Idalios pisces petit & sibi lucem
Subniti, spatii miratur libra sub iisdem.
Præterea ne te lateat, quæ causa nigrantis
Sit Lunæ, Solemq; oculis, vis auferat alium.
Aduerte, occiduis cum Sol a gadibus infra
Mergitur, atq; imas Austri defertur in oras,
Exoritur nox atra polo, subeuntq; per auras
Terrestres vmbra, quantumq; is tendit ad ima
Aethereas, tantum obnubit caligine sedes.
Tunc simul ac Phœbe terrarum attingitur vmbra,
Vel caput vmbri ferî inuisit caudamve draconis,
Obduci tenebras visum est, sydusq; hebetari,
Sed cum se paulo meta dimouerit illa,
Non passim defectus erit, nec tota nigratur
Luna nitet minus aut plus, vt vicina propinquat.
Hæc eadem cum plena rotis se subiicit altis,

A V S T R I A D O S .

Atq̄ loco signi quo Sol defertur eodem,
 Inde faces pereunt, & Pythius obiice Lunæ
 Aufertur terris, sed non hic contigit omni
 Parte poli, Phœbe nam quanto laxior orbis
 Terrarum, tanto pater est, quocq̄ liber vtrc̄q̄
 Vastior, adde etiam magni diuortia mundi,
 Quis terram, Lunamq̄ Deus, Solemq̄ diremit,
 Quare in comperto cum Delius orbe feratur
 Quantum aliis adimit, tantum mox suggerit illis
 Luminis, & nunq̄ terris se condit vbiq̄,
 Vnde idem Boreæ non est defectus & Austro,
 Nec radiis Augusta caret, nec rursus ademptos
 Accipit, vt Thebæ ingentes, & torrida Memphis.

Tunc ego, quo pacto labentia sydera Pontum
 Occasura petant, rursusq̄ oriantur olympo,
 Cum vespertino rutilant maris æquora Phœbo,
 Edoceas me Diua velim, mox talia contra
 Orsa est, se radiis vbi Phœbus iunxerit astro,
 Pallefcit iubar, & demersos occulit ignes.
 Mox oritur cum Phœbus abest, rursusq̄ videtur,
 Sic etiam nascente die, rursusq̄ cadente
 Astra ferunt, cum luce iubar, nec non rapit infra
 Occasura, furor magni irrequietus olympi.

Signorum interea ne te quocq̄ in ordine fallat
 Pars obliqua oritur, pars recto permeat ortu
 Cum sua ab æstifero fumunt exordia cancro
 Donec Phillyrides intercipit, astraq̄ rursus
 Recta die, totidemq̄ vmbriis obliqua reuectis
 Insurgunt, cum laxa dies, contraq̄ feruntur
 Dum Titan prima Capricorni in patre refulget,

LIBER OCTAVVS.

Cum vero æqualeis noctes cum luce videntur,
 Terna obliqua meant, totidemq; oriuntur olympto
 Recta gradu, similesq; caput nox humida leges.
 Sed te ne tantum nutritrix morer, aspice ad Arcton,
 Ingens vt laxet sinuosa volumina serpens,
 Amplexamq; tenet cum pellice Nonacrina,
 Huius virgineum, perhibent violasse tonantem
 Ignara Iunone thorum, sed coniugis illa
 Furta sciens commissa Ceteida vertit in vrsam
 Quam pater omnipotens antiqui conscius ignis
 Transtulit in cœlum, & formam pensauit honore,
 Hæc nunq; occidua est, nam qua gelidissimus axis
 Voluitur, & nunq; descendit in æquora vertex,
 Iuppiter Arcadicam posuit regione Calysto.
 Tunc ego, nunc postq; fando traducimus horas,
 Dic age, dic quisnam qui tardo incedere plauastro
 Cernitur, & prolem obseruat Psophitida custos.
 Ordiam (illa inquit) pandamq; ab origine factum,
 Aduertè, vt quondam retulit mihi corniger Euhan,
 Icarus in terris quo non fuit æquior alter,
 Vt primum vites, & Bacchi repperit vsum,
 Actæos petiit fines, sparsitq; per agros
 Thesidum vini quos secum vexerat vtres.
 Nec mora, pastores grandes spumantis Hyacchi
 Mulctras hausere, & dono incaluere recenti
 Vsq; adeo vt furerent, & triste bibisse venenum
 Credentes, morti dedunt, qui iuuerat autor
 Sed nata Erigone, postq; patris impia sensit
 Funera, per montes circumq; miserima pagos
 Perrexerit lachrymans, & cæco excita furore

A VSTRIADOS

Abrupit laqueo vitam, & se substulit aura
 Icaridos Bacchus, patrisq; misertus, vtrumq;
 Transtulit in cœlum, & Graio de nomine dictus
 Arctophilax pater est, idem tamen esse Bootes
 Dicitur, illa suum commutans virgine nomen
 Sub pedibus iacet, & calido dextram ingerit orbi.
 Aspice vt Andromades effulget vertice sydus,
 Et serpentifero Polydectius Aegide Perseus,
 Quiq; ab Eleusina cœreales vrbe quadrigas
 Flexit, & Alipedum iuga mirabatur equorum
 Græcia, sed longum est Vulcani dicere amores.
 Vt micat Engonasis, & Phorbas Hysoclaus
 Serpentem manibus premit, & vincitur eodem.
 Et Cycnus Lædæ, & septem lyra ab Arcade neruis
 Pacta Deo, qua summa Orpheus Pangæa peragrans
 Traxit saxa, ferasq; & vulsit montibus ornos,
 Placauitq; vmbra orci, fatoq; redemit
 Eurydicen, nato o mater crudelior illis
 Calliopea tuo, quæ dum Proserpinæ Adonim
 Concedis, nuribus Thressis Cytheræa furorem
 Iniicit, atq; iisdem cantor discerpitur Orpheus.
 Ornaturq; sacra fulgens testudine cœlum.
 Nunc Hyadas specta Nymphas Dodonidas olim
 Ambrosiâ, & Padilem, Eudoram, pulchrâq; Coronin
 Et Phyletoq; Polissoq; auricomamq; Thyenen
 Quæ quoniam altrices Bacchi dicuntur, easdem
 Iuppiter omnipotens nostro coniunxit olympo.
 Has prope Pleiones natæ, quas esse secutum
 Bissenos referunt sæuum annos Oriona
 Vergilias dixere aliî, quarum incipit ortu

LIBER OCTAVVS

Aestas, atq; hyemem occasus, frigusq; reducit.
At plaga quæ albescit longo inter sydera tractu
Maxima, & obliquum incedens, via lactea cœli est.
Rhea etenim vt memorât postq; impius ore voraret
Saturnus prolem, magnum paritura tonantem
Commendat terræ, quæ lata excepit alendum
In Creta, & noctis secum nigrantibus vmbis
Pertulit ad Lycton, dieq; recessibus imis
Abscondit terræ, atq; alto occultauit in antro.
Rhea autem lapidem, quem fascia cinxerat, ipsi
Saturno exhibuit, cui cum premere vbera matrem
Iussisset, facta est fuso via candida lacte.
Possem multa tibi veterum monumenta referre
Astrorum, quæ prona vides, quæq; ardua surgunt
Per gelidî conuexa poli, vel quæ rapit infra
Oceanus, Phœboq; iterum pallente remittit.

Nunc autem medio postq; nox humida cursu
Labitur, & splendet Phœbe, tibi discere fas sit
Quicquid terrarum ex alto spectamus olympo,
Scilicet Europam, Libyemq; Asiamq; potentem,
Tu modo da faciles dictis præsentibus aures.

Tunc ego, cunctarū superans decus vna Dearum,
Pollicitis insiste tuis, & pande iacentes
Mi terras, memoraq; vrbes, partitaq; regna
Dicebam, cum Diua inquit sic talia contra.

Principio tellus, aer, atq; æquora Ponti,
Quemq; prope aspiciamus calidis regionibus æther
Congeries rerum fuit, informataq; moles.
Nullus erat mundus, confusa elementa vicissim
Horrendum dixere Chaos, discordia siccis

Q

AVSTRIADOS

Flumina pugnabant terris, cumq; aere tellus,
 Ignis aqua, tunc alta Deus super æquora vectus,
 Extulit os sacrum, & tantos componere motus
 Instituit, sedesq; dedit, partitaq; fixit
 Imperia, atq; vna stabili compage reuinxit,
 Formauitq; nouum concordi fœdere mundum,
 Nam primum fit terra Chaos, noctesq; silentes
 Tartaraq; vmbraarumq; domus, gratusq; subinde
 Creuit amor qui membra ligat, Diuumq; hoimq;
 Consiliumq; adimit, & peçora concitat æstu.
 Aethera nox peperit, cœlum terra, altaq; Ponti
 Flumina, & oceanum terras qui fluctibus ambit.
 Inde hominũ, Diuumq; genus, variaq; animantes
 Creuere, & vestros habitarunt Dii quoq; montes.
 Sed terra in primis, atq; arua iacentia, quæ vos
 Incolitis, medio pendentibus aere syluis
 Circũfusa manent, & inertia pondera molis
 Haud possunt illo contra nitente moueri,
 Hoc igitur quodcunq; vides, discriminat ætas
 Priscorum in partes, dubiaq; ab origine Nilus
 Eoas tepidis terras seiungit ab Aphris,
 Hunc memorant non nosse datum, qua fontis origo
 Præcipitet, Meroemq; suo circumfluat alueo,
 Verũ hic Aethiopum, qua gens mare torrida Phœbo
 Accolit Hesperium, & Mauro sulcantur arenæ,
 Fœcundum attollit caput, ac de montibus altis
 Vt spectas, ruit, & putres pinguescere campos
 Certum est, Aegyptum cum fœtifer obtegat vnda
 Amnis, & excursu regionem oblimat inertem
 Credas & Zephyros, & syderis incrementum

LIBER OCTAVVS

Phœbei, vim ferre vado, cancrumq; potentem
 Sole superiecto Nilo dissoluere venas.
 Siue q; Aethesiæ contra luctantibus vndis
 Per campos tumida impellunt septena vagari
 Ostia, sed veri causas cognosce latentes.
 Vndarum oceanus pater est, subterq; silentes
 Viscera terrarum fluuiosq; vndasq; ministrat.
 Et quantum in nubes altas densatur aquarum,
 Fluminaq; accipiunt, tantum quo venerat humor
 Egeritur, recipitq; ingens sua munera Nereus,
 Laxior at quanto est, maiorq; cuniculus, vnde
 Compressi serpunt fluctus, sic vastior auras
 Verberat, atq; vdis infertur apertior aruis
 Impetus, & fractis tumidus fluît amnis habenis.
 Quin etiam Austrinis subter trahit æquor ab oris,
 Et cæcas deuoluit aquas, tollensq; supinus
 Cornua Amasiadas interfluît arduus vrbes
 Solstitio, nam tristis hyems qua nascitur horret,
 Vnde sit vndanti Nilo vis maior aquarum
 Credere sic fas est, neq; enim flagrante negarim
 Sole trahi, tepidis cum flumina anhela cauernis
 Se condunt, tractasq; cauis ab hiatibus vndas
 Suspendi, fieriq; palam incrementa per agros.
 Addo niues, imbresq; loci quos despicias, illis
 Exhorrere iugis, qui summo a vertice fusi,
 Currentem augetur Nilum, cum feruida lampas
 Hesperios coquit Aethiops, Maurosq; bilingues.
 Nec mirere tamen, si corpora adusta calore
 Vsq; illic non esse niues, nec ab imbribus vllis
 Pulsari, dant signa plagam, namq; aspice magnum

Q ij

AVSTRIADOS

Atlantem, cui nos olim debere fatemur,
 Sed male pro meritis Libyes deuectus in oras
 Acrifionæus pensauit munera Perseus.
 Quippe vbi Gorgoneos affixit in ægide vultus
 Palladio oceanum linquens, & Dorcidas altas
 Ad Mauros deflexit iter, qua vidit Atlanta
 Signantem spatia, & voluentem sydera cœli
 Obliquæ autorem Sphæræ. tunc inuidus ille
 Vertit in hunc montem, mediis qui surgit arenis,
 Astriferumq; alto propulsat vertice olympum.
 Qui quanq; exurat Mausuria Delius arua,
 Et nudos calor Autotolas, sub nubibus atris
 Piniferum condit caput, horrescitq; videndo
 Nix humeris olli, & glacies dependit ab altis
 Cautibus, & largos per concaua saxa fluores
 Præcipiti est spectare vado, non ora Atlantis
 Aethiopum diuersa plagæ, dat nomina mons hic
 Oceano, Aethiopes illic, & vtrinq; videmus
 Errantes Mauros, qui olim sensere potentis
 Frena iubæ, diriq; manum tremuere Siphacis.

Hunc igitur summo qui vertice nubila pulsat,
 Quis credat non ferre polos, & lambere Lunam?
 Noctie strepūt nemora, & crebris micat ignib⁹ vmbra
 Cymbalaq; audiri fama est, faunosq; bicornes
 Exultare sono, lasciuaq; tympana truncis
 Pulsari, & Satyros cantu producere noctem,
 Sed cum clara dies humentem reppulit vmbra
 Cuncta silent, nullusq; locis auditur in illis
 Mortalis, solum horror inest, & maxima montis
 Relligio, syluisq; Deos errare sub altis

LIBER OCTAVVS.

Plebæos fama est, nam postq̃ stellifer Atlas
 Substinuitq̃ Iouem, atq̃ humeris fulciuit olympum,
 Numina quæ occuluit, scabrisq̃ recondidit antris
 Seruat adhuc, secumq̃ tenet, neve vllus oberrans
 Montibus inspiciat Diuos in luce silendi
 Mos illis, sed nocte sonant, arcentq̃ profanos,
 Hinc nomē populis, & adhuc memorantur Atlantes
 Ambagum immunes somni, gens impia Phœbo,
 Quippe vt ab oceano rutilum crinitus Apollo
 Exerit os, rursusq̃ diem componit olympo,
 Hunc sequitur diris, & numinis arguit ignes.
 Aspice qua Hesperidum syluæ tolluntur, & olim
 Auricomum nemus, & non veri poma draconis.
 Namq̃ ibi transfundens sinuosa volumina Tethys
 Huic similis tractu est, tortisq̃ exæstuat vndis,
 Vnde locum vulgo nacta est sibi fabula mendax.
 Respice & infrenes Numidas, fractiq̃ Iugurtæ
 Imperium, Syphacisq̃ vrbes, & regna Micipsæ,
 Getulumq̃ genus, Massesylosq̃ furentes,
 Quicq̃ fluit tumidus ripis titubantibus Ancon,
 Nonne vides quantum turres extollant in auras
 Tabracha: Romuleiq̃ olim memoranda Catonis
 Vrbs nece, q̃ parua est: Rhetæaq̃ æmula Romæ
 Carthago vt iacet: & vix vrbs continet vmbra.
 Atquæ non longo sunt condita mœnia tractu
 Thasson, & vndantes Syr ti pulsante Theanas
 Appellant, vbi torta vadis, conuulsaq̃ vento
 Aequora dant sonitum, refluitq̃, fluitq̃ repente
 Instabilis natura freti, nunc aurea lambit
 Sydera, & exurgens præteruolat aera fluctus.

Q iij

A VSTRIADOS

Nunchæret, præffocq; illidit gurgite puppes
 In breuia, & scopulos, subterq; latentia saxa.
 Sed quæ lata palus procul est a littore Syrtis,
 Aedidit armatam iam primum Pallada terris
 Vnde suum cognomen habet Tritonis ab vnda.
 Quare vt natalis lux sit celeberrima sacri
 Virginei, trepidant cætus, ludicraq; magnæ
 Indigenæ (vt fama est) celebrantes festa Mineruæ,
 Et plaudunt turbæ, & campo salit innuba pubes.
 Hinc Oea, Cinyphisq; vagus, deinde altera Leptis,
 Lotophagumq; genus, Cyrenarumq; coloni
 Fratibus, & nunq; delebilis arâ Philenis.
 Nec procul o nutrix, magni delubra tonantis
 Aspice, quæ steterant olim, qua paupere templo
 Corniger a nudis colitur Nasamonibus Hammon,
 Has bytæ vicina tenent, oramq; subinde
 Contigui Garamantes arant, qui nulla putarunt
 Connubia, exortes tadæ, nec fœdera norunt,
 Sed passim qua sæua trahit, retrahitq; cupido
 Exercent Venerem, cõmunemq; itur in vsum.
 Verum vt cuncta scias, retro quæ surgit ad auras
 Vrbs antiqua potens, & quæ Cornelia castra
 Respicit, & Libycum portu procumbit in æquor.
 Diua inq; quis scepra tenet: tunc illa vicissim
 Sic ait, infidis rex hic ferus imperat Aphris,
 Hæc Thunex olim, dein nomine dicta Thynissa est.
 Iamq; erit ille dies cum trans freta tendet Iberus
 Miles, & armata Libycas rate perleget vndas,
 Diripietq; vrbes, populisq; immanibus Vzan
 Hispanamq; aciem, & gentes mirabitur actas.

LIBER OCTAVVS.

Exitio Libyes, & fracto rege Thyniffæ
 Perget Adyrmachidum, cum rex Vaccæus in oram
 Arctæq; Barbaricis imponet vinda Alitambis.
 Dixit, & Aegypti flexit sua lumina terris
 Monstrat & Arfinoem, & centeno cardine Thebas,
 Spectantemq; alti Cataractam, Elephantida Nili,
 Bubastin, Memphimq; sacrâ, Argolicâq; Canopum,
 Atq; Sayn, tristemq; Pharon, iam littus Abydi,
 Memnoniasq; vrbes, Ptolomæorumq; superbum
 Imperium, antiqui cantataq; mœnia Lagi,
 Incertiq; omnes ostentat Osyridis vrnas,
 Isæumq; Serapin, & Idaliâ Momemphim,
 Systraq; latrantis miratur Anubidis ærea.
 Quæq; sub imperio tenuit regnator Amasis,
 Et Meroen, bis dumq; annem, extremâq; Syenem,
 Mox Arabas, Syriamq; docet, claramq; Sophonem,
 Sydonemq; Palestinamq;, & regna Seleuci,
 Et septam duplici regionem flumine monstrat.
 Hac ait Euphrates, piger hac de vertice tygris
 Labitur Armenio, sed mox cum flumine Medos
 Abluit, augetur cursum, veloxq; sub ima
 Mergitur, & vasto frangit sua cornua tauro.
 Inde Semiramiam ex alto Babylona recenset,
 Chaldæumq; genus, Dareiq; inuia regna.
 Inde tuas Carmane plagas, portusq; remensa est
 Oceano in magno, & Gangem memorauit, & Indû.
 Hinc alias vrbes, populosq;, & Baetra veneno
 Exarmata docet, Parthosq; in Marte fugaces,
 Hyrcanumq; fretum, & Scythicos mirata recessus
 Ostendit, Tanaim ingentem, qui diuidit alueo

A V S T R I A D O S

Europam, atq; Asiam, & mundū discriminat vnda!
 Et Nilo par nomen habet, nec desinit illic
 Sed totam Armeniam, Cilicasq; Antrumq; canebat
 Corycium, Phrygiosq; lares, & pergama Troiæ,
 Humentemq; Idam, & pelagus cur inde feratur
 Aegæum in præceps, nullasve reciprocet vndas.
 Iam Thracum montes oculis, & Achaica lustrat
 Mœniâ, iam centum magnæ canit oppida cretæ,
 Mox Italos monstrat fines, venturâq; pandit
 Bella per Ausonias terras, cum turbidus alueo
 Erydanus fluet, & spumabit sanguine littus.
 Hinc Pyrrhenæas alpes, Gallosq; frementes
 Laudat, & Hispano fecit sibi littore finem.
 Et iam desierat, cum sic ego talia contra,
 Omnia percepi fœlix Dea, tu modo regna
 Norica, Germanosq; meos, patriamq; recense.
 Annuit, & breuiter sic talibus orsa capessit.

Germaniæ
 descriptio.

Postq; Parrhasias amor est, nunc ire per vrbes,
 Germanumq; solum, & populos lustrare potentes,
 Incipiam, gelidis qua ratiâ diuidit Arcto
 Montibus Hesperiam, niuibuscq; ingentibus horret
 Clauditur externis nunq; violabile regnum
 Gentibus, atq; vltra Germania panditur alpes.
 At qua Sol oriens spargit sua lumina Titan,
 Istula Sarmaticis fines discriminat amnis
 Cymbrica nauifragum qua porrigit Amphitrite
 Littus, in extremo finitur margine tellus,
 Vltima ad occasum veteres confinia Belgæ
 Sydonio posuere solo, Morinosq; iacentes
 Aspice, & externis calcatum nauibus æquor.

Eo
 Et
 Cem
 Nil
 Vag
 Mac
 Ego
 Lu
 Sus
 Hit
 Tra
 Vis
 Hic
 Q
 In
 C
 E
 Lu
 Hos
 Rip
 Asi
 Ap
 V
 Q
 Va
 Ne
 Hi
 Ste
 Ce
 Fan

LIBER OCTAVVS

Eoas & opes Iccæi ad littora portus
 Et vetitum iam nomen aquis, vbi vidimus olim
 Centum Gesoracum subeuntia carbasa littus,
 Nunc alio translatus honos, nec defuit ausis
 Vis superum, sed longe absint primordia rerum.
 Menapios, Tungrosq; vides, Mosamq; fluentem
 Ex Vogeso, qui dum Rheni se fluctibus æquat
 Longior est tractu, & productior exit in æquor,
 Supra autem (mirum dictu) nabalia velox
 Haurit iter, fluuiosq; secat, luctansq; sub imas
 Tranat aquas, magnūq; adigit sibi cedere Rhenum
 Vixq; Mosæ retinet rapidum intra littora cursum,
 Hic habitant Bataui, debellatusq; Sycamber,
 Quæq; fuit profugo sedes contermina Catho.
 Inde Cleuenates, vicinaq; rura Lobyci
 Geldubaq; & rigidi gens formidanda guterni
 Et domiti, Eburon pollutus sanguine, Cottæ
 Luppiaq; & latis antiqua Colonia muris,
 Hos Vbios dixere olim, sed tempore omisit
 Ripa, prior Rheni quod nunc tenet altera, nomen
 Aspice iam molem, frenataq; flumina Druso,
 Atq; Mogontiacum subiecto nobile busto,
 Vitiferumq; amnem, durosq; in Marte Nemetas,
 Quiq; colit Bacchi montes, & iugera Treuir
 Vangionesq; acreis, pugnatoremq; Tribotum,
 Non longe Austriadæ metiri castra videntur
 Helfacia in magna, trepidatq; Hagenoia tellus,
 Slestadiumq; ingens, bellisq; asperrima Baros
 Cerne vndas, Tyberiq; lacum coluisse Brigantas
 Fama locum, cerne ingentem de vertice Rhenum

R

Tiberij lacus
 quoniam eo
 ad inuaden-
 dos Sueuos
 usus est Ti-
 berius.

AVSTRIADOS

Alpinos qui stagnat agros, & montis Adulæ
 Per rupes, per saxa volat, gentemq; repostam
 Irrigat Heluetios, & non dignatus inertī
 Se miscere lacu, ceu venerat exit ab illo
 Totus, & ex copulis Cataractæ immanibus altæ
 Personat horrendum, fremituq; alpina tremiscunt
 Oppida, vt in præceps fluuius ruit, & nisi cursum
 Frenaret Syrtis, vastaq; voragine tellus
 Posse etiam credo Vogesi transcendere rupes,
 Vastaq; trans rigidos aulescere littora Francos.
 Hic etenim vt spectas scopuli sub gurgite, & ima
 Saxa tonant, stridentq; alto vada cæca fragore
 Viq; rates fundo raptat Rhenana Charybdis,
 Vnde amnis pars magna perit, rursusq; renasci
 Attolliq; caput memorant, Latius inter
 Torta Couinarios pandi sua cornua Belgas
 Dextra fons Niceri est, qui vitifer exit in vndas
 Amnis, & inflexo Rheno demergitur alueo,
 Budoriumq; iugum digito demonstrat, & inquit
 Hic Pallatinus lata sedet altus in aula,
 Et populos regit, & Rhenum sibi vendicat armis.
 Nunc vero oceani populos, atq; extrema mundi
 Regna sequar, vastisq; amplas regionibus oras
 Illuc flecte aciem, primiq; in littore curuo
 Stant Phrisij, torrensq; Salas, & Amyssijs vndis
 Hic fluit, & Lupiæ turgescens sanguine rîpa
 Longa retro series, neq; enim vacat arma referre
 Herminij: vtq; tulit male Bruçteron aduena Drusus,
 Qua nunc Vestaliis surgit gens Martia campis,
 Hic Phrygiam coluere Deam, quæ pergama Troiæ

LIBER OCTAVVS

Diruta ab Argolico linquens arasq; Tyranno,
 Huc direxit iter, transuectaq; littora Thraces
 Myforum petiit fines, & inhospita rura
 Pannoniæ, tandem syluis se condidit altis
 Hercyniæ, docuitq; ignaros Vesta nepotes.
 Et Diuos colere, & flammæ adolere perennes.
 Et quoniam sedemq; sibi, ritusq; futuros
 Aeternas statuens aras Dea, condidit, huius
 Posteritas voluit de nomine diciæ ætas.
 Abnobij supra montes, quosq; Hassia nutrit
 Arua tenent populi, voluuntq; incendia belli
 Sud duce Langraphio, propius vicina Thuringos
 Accolit, & paruis transitur Otenna Phaselis
 Has quondam sedes, veteres tenuisse Cheruscas
 Horrendamq; situ nemorum coluisse Bacenim
 Crediderim, sed fama vetus deperdita rerum est,
 Vixq; reor vestras rumor peruenit ad aures,
 Qua sua pugnaces habitarunt regna Cauchi
 Ostrogothiq; acres, & qua Phris incola menses
 Demetat, ignotis cõmunia rura Grutungis
 Sed longe ante alios Saxon ditissimus agri,
 Insignis bello, & præclarus origine regum
 Accolit ingentes campos, atq; ampla gubernat
 Oppida, sed varias nutrit quoq; respice gentes,
 Quas Visera, atq; Albis, quasq; alluit vltima Tethys.
 Qua rutilus medio diffunditur æquore Cymber,
 Orbeq; semotæ resonant in fluctibus altis
 Orcades, Arctoumq; ferens vaga succina littus
 Qua modo Gleffaria in vasto iacet insula Ponto,
 Byrcane quæ lata patet, rursusq; furentes

R ij

AVSTRIADOS

Emissura Gothos, euerforemque Totyllam
 Aufoniae, & Thuscas rapidum, ceu fulmen in vrbes
 Hinc scandia ferox, olim quae pauit Oonas
 Et solitam pedibus gentem procedere equinis.
 At quae nauifragis in fluctibus extima Thule est,
 Noctis ubi, solisque breues discriminat horas
 Solstitium, surgatque dies vix competit an nox.
 Longius haec Codani repetenda est aequoris vnda,
 Quaeque colunt duri borealia Teutones armis
 Littora, dicam acreis, duosque in praelia fratres,
 Et nimium pugna sauos Eluonas equestri
 Sarmaticis gelidus quos Vistula separat agris
 Supra habitant Lysij, tortaque Hermundurur hasta
 Oqueuisque ferox, & Martis sanguine laeti
 Marcomani, atque truces gens haud spernenda Bohemi
 Qui referunt proavos antiqua ab origine Gallos,
 Hos alit Hercynia, & tanquam velit obice vasto
 Externis natura solum, sedemque tueri
 Montibus aereis, scopulisque ingentibus ambit,
 Haec quondam priscis, quae sacra sub Hercule magno
 Creditur, Heluetio sumit de vertice sylua
 Principium, quae lata supra, quaeque implicat infra.
 Indigenas, Cathosque, immansuetosque Cheruscas
 Iam cerne, atque vagos in arata per auia Francos,
 Qua placidus cursu Moenus fluit amnis aquarum,
 Ingentes lucos, quercusque habitare silentes,
 Hinc olim Carolus gestarum examine rerum
 Maximus effulsit, tantoque extollitur ortu.
 Nunc etiam natale solum, transque algida Rheni
 Flumina, cum patrios cuperet protendere fines

LIBER OCTAVVS

Arma tulit, Rhodanoq; iniecit frena superbo,
 Detinuitq; diu populos, atq; oppida regni.
 Vnde & Francorum dicti cognomine Galli,
 Nec non & centum celebrata Sueuía pagis
 Hanc coluit sylvam, possessaq; Sydone tellus,
 Qui vestri vt memorant patres, & longa vetustas,
 His tenuit rex scepra locis, placidoq; Sueuos
 Imperio rexit, propicioq; a nomine gentes
 Dixit Sydonias, & erunt quoq; Sydones olim.
 Hinc Almaní vndas Quadosq;, & inhospita tangit
 Carpathij nemora, atq; vltra se porrigit oram
 Sauromatum, populisq; horret vicina Getarum,
 Et Scythicum Tanain, & depictos Agathyrsos
 Vltimaq; Europæ spectat confinia regni,
 Hac vri, toruiq; boues, & monstra ferarum
 Vasta errant Sylua, & nulla suffragine crurum
 Subnixæ Herciniis errant in montibus Alcæ,
 Quæ simul ac placidus lassos sopor alligat artus
 Erectæ captant somnos, & quercubus altis
 Hærent corporibus, plantisq; cubilia seruant.
 Sed prius ancipiti venator Sarmata ferro,
 Vt statio nota est media plus parte ferarum
 Profecat, impacto casuros pondere truncos,
 Mox cum grata quies, somnusq; animalia terris
 Inuadit, mulcetq; animos, quibus hæserat illis
 Procidit arboribus, damnans sua pondera monstrū.
 Nunc vero Rætos, & Bryxantæa sequemur
 Littora vbi vasto surgit cum murmure fontis
 Danubius, cursuq; fluens petit æquora longo
 Et septingemina Ponti mare diuidit vnda

R iij

AVSTRIADOS

Nam, quamuis sacrum caput occultare paludem
 Fama sit, obscuris voluit compressa cauernis
 Cornua, & æquoreas subter propulsat arenas.
 Accola deinde Lici est, & quæ memoratur ab amne,
 Et pace insignis, belloq; Licatia tellus
 Iam vicina vides qua ripa, Velaunia rura
 Vndis belligeri spumantibus irrigat Aeni.
 Et regis Vacionis opes, & Norica regna
 Fata armis, Tyrolicq; vrbes, quosq; Austria nutrit
 Qua genus Austriadum, & dicti de nomine reges.
 Hinc Styrios, Carnosq; rudes, iuguloq; tumentes,
 Cerne Carenthanos, regnumq; nec vtile bello.
 Haftenus hæc, ultra Pannon, Iazaxq; videntur.
 Quæq; olim prisca tenuerunt oppida Daci.
 Tauricaq; infamis regio, Mysicq; fugaces
 Laeva autem vastæ patet insuperabile regnum
 Sarmatiæ, regumq; altrix Lituania tellus,
 Sponteq; nascentis fœcunda Podolia messis.
 Inde Borysthenides ripæ, quarum impius vndas
 Inficiet multo deuictus sanguine Moschus.
 Amissamq; gemet trepidans Nogardia pubem,
 Oppidaq; immanis iuxta colit æquora Liuron,
 Pallidaq; oceano quærit, electra sub alto
 Posses multa tibi veterum signare locorum,
 Verum alio me cura rapit, sic fata, repente
 Ad mediam Lunam, vastumq; accessimus orbem
 Hic vbi perpetuo ventura in sæcula viuunt
 Fœlices animæ, & quorum cœlestis origo
 Extulit ad superos mentem, & se miscuit astris
 Diuinæ virtutis amor, dumq; omnia lustrat,

LIBER OCTAVVS

Ingentem aspexi cætum, heroasq; patresq;
 Magnanimosq; duces, rebarq; videre tuorum
 Et genus, & proavos, & quos tulit Austria reges,
 Plenis hi Calathis bene olentes spargere flores
 Cœlicolæ, hi Nectar nitidis diffundere mensis,
 Et cantu ductare choros, atq; ordine longo
 Consistunt alij, in textisq; aulae Britannis
 Pendent parietibus, nec non fragrabat Amomo,
 Et Myrrha plaga sancta situ, iam balsama circum
 Sudabant diuersa locis, foelicibus vmbriis.
 Quicquid habet tellus costis, Panchaia misit.
 Tunc quæ læta dies inq;, quæ gaudia tangunt
 Cœlicolas, mi Diua refer. mox talia contra
 Incipit, hinc causa est, altum cur vecta per Aethram
 Lustrasti Lunam ingentem, sedesq; piorum
 Scilicet vt lætosq; Deosq;, cœlumq; videres
 Expectare diem, atq; obitu gaudere Roberti.
 Hæc rector ventura mihi Saturnius olim
 Prædixit, cum sancta poli, terræq; ciebit
 Numina, & in solio confidens Iuppiter alto
 Rumpet iter fati, nostrumq; vocabit in astra
 Phalsgraphidem, se demq; dabit, regnūq; piorum.
 Heu nimium propere raptus mortalibus ille est,
 Nullus enim Diuum superis acceptior astris
 Vnq; erit in terris, pietate insignis & hasta,
 Ergo cum stamen voluant sua fata supremum
 Lætantur, gaudentq; sinu pia Numina talem
 Exceptura virum, & vestigia floribus ornant,
 (Sic propere mandata tulit Cyllænius ales)
 Qua superum turmas infra videt altior axis.

R iij

AVSTRIADOS

Hinc timor, hinc curæ nobis, versamq; dolemus
 Fatorum seriem, & voluentem inimica tonantem
 Concilia, & nostris cœlum procedere damnis,
 Quis ferat: interea nutrix vt Sole nitescit
 Ardua sylvarum, perge, & mandata Philippo
 Nostra refer, postq; Diis immortalibus ire
 Sic visum, tentet pacem, soboliq; futuræ
 Consulat, & fauis famæ nec derogat armis.
 Dixerat, & fesso meditantem plurima somno
 Ilico deseruit, mediâq; evanuit aura.
 Tunc ego me simul ac Numen, somnusq; reliquit,
 Desilio e stratis, voluensq; hæc omnia mecum
 Iussa sequor, magni si sunt hæc vera Roberti
 Dij prohibete tamen, meliora capessere fas est,
 Nam fari me cogit amor, tu consule rebus.
 Dum potes ipse tuus, atq; ori parce senili,
 Nec morem incuses, omnes ducuntq; trahuntq;
 In longum sua verba senes, sic fata, quieuit.

F I N I S.

LIBRI NONI ARGUMENTVM.

Sequuntur uerba Philippi Palatini ad nutricem, qui narrat
 etiam prodigia quibus aliquid mali futuri suspicabatur, atq; ut
 hæc auertant Iouem orat. Sequitur præparatio belli Norimber
 gensium, ubi tertia causa fœderis Sueuici, quam in quarto libro
 consulto amiserat, narratur. Digressio ad nauigationem Philippi
 regis ubi de eius morte. Inde per reassumptionem Noribergens
 sium exercitus describitur, & Senatus Decreta. ac obiter comita
 tus Feretti nominis origo. sequitur Stromari ductoris exercitus
 oratio ad milites. Qui quidē ad Laupheni obsidionē proficiscit
 tur, quo post crebras pugnas potitur. Idem Herbruchium, Aes
 theniūq; occupat. Interea digressio est ad quædam Cæsaris, prin
 cipumq; quorūdam gesta. Inibiq; de origine Agenau. Item By

LIBER NONVS.

Spech dum Phylsophenium inuadit ab Albertinis non sine cæ
de reiicitur. Iterum ad gesta Norebergen. reuertitur, ubi oppu
gnatio Neomartij opp. acerrima describitur, unde inglorij dis
cesserunt. Dum hæc in terris patrantur, Iuppiter Deorum, Deas
rumq; concilium indicit, ubi Poeta multum in eorundem Nos
menclatura immoratur in fine quorundam, qui ex domo Aus
trix in Deos relati fuerant, nomina recitantur.

AVSTRIADOS LIBER IX.



T dux tum cœli cursus, tū sydera voluens
Enarrata, aïo terrasq;, amnesq; fluentes
Miraturq;, timetq; simul, certūq; putabat
Cōsiliis hæc acta Deum, nec numie vano
Prædici, summoq; trahens suspiria corde
Nec tu prima (inquit) Vates es facta malorum
Nutrix, nec generis primum tua somnia nostri
Funera prædicunt, per summa palatia bubo,
Et diræ vltrices Orci, stridoribus altas
Concussere arces, mediis penetralibus anguis
Horrendum dictu, squamis, atq; ore trifulco
Exiuit, mediumq; trahens per inane volumen,
Dira lues thalamum petiit, lectumq; iugalem
Tortilibus nodis, spirarumq; orbibus hausit.
Instamus cuncti, dirumq; auertere monstrum
Conamur gladiis nequicq;, nam sua postq;
Membra thoro posuit, mediis euanuit auris.
Præterea ex aditis voces, & murmura sacris
Sylua vbi Thuricremas operit Tritonidis aras,
Supræmum cecinere diem, sic ore locutus,
Humentes oculos superum ad conuexa supinat,
Atq; ait, o genitor qui cœlum, & sydera torques,
Exaudi si digna precor, nos respice ab alto,

R v

A VSTRIADOS

Et nostri miserere, potes namq; omnia solus
 Iuppiter, & fati leges abrumpe seueras,
 Non equidem inuideo, q; Cæsaris acta, suumq;
 Nomen ad astra feras, sed tu genus aspice nostrum,
 Nil regni curæ est, nec te fera deprecor arma,
 At quæ Pugnatio properant de littore turmæ,
 Iam sternant bello, & regnum populentur Othonis
 Hercynia in magna, pugnaq; ardente senatus
 Diues opum, patria depellat sede Philippum,
 Hanc modo tu prolem serues mihi Iuppiter vnâ,
 Sic fatus lachrymis pectus madefecit obortis.

Præparatio
 belli Norin
 bergen.

Belgarum interea rumor perlabitur vrbes,
 Armatas acies mouisse in bella senatum,
 Confertq; acres inuadere milite Francos.

Germanos olim, Vacyonæosq; nepotes
 Lata per Hercynias coluisse Magalia villas,
 Et raptu vixisse ferunt, non pace, nec vlllo
 Bello vnq; potuere capi, sed more ferarum
 Aufugere in syluas, tetriscq; immerfa cauernis
 Venatu lustrare feras, & flectere neruos
 Syluestri quondam gens formidanda rapina,
 Nullaq; vicinis habuit commercia terris,
 Sed vacuis regnare antris, montesq; per altos
 Insidias passim moliri, ac tendere fraudes,
 Vnde iter infandum nullus, nisi forte coactus
 Carpebat remore immenso, syluaq; viator.

Interea monitu magni Iouis, aurea magno
 Sceptra sub imperio, & mundi traduntur habenæ
 Auftriadæ, lætantur agri, lætantur & amnes,
 Totaq; in assuetos effundit Rætia flores,

Rofcio
 Non
 Lime
 Dhy
 Quo
 Or
 Iam
 Ter
 Reg
 Quo
 Cum
 Heu
 Nan
 Fle
 Hic
 Ni
 Me
 Imp
 Qu
 Ful
 Qu
 Di
 Vic
 Gra
 Sol
 Cum
 Con
 Hau
 Atq
 Reg

LIBER NONVS.

Roscidaq; alpina distillant arbore mella,
 Non læsus nunc pacis amor, securus vbiq;
 Limes, & in tuto sub Cæsare viuitur ætas,
 Dij regem seruate diu, seruate nepotes,
 Quo me Phœbe rapis, quid me inter bella furentem
 Ordiri impellis lachrymas? planctumq; mouere,
 Iam manibus vis omnis abest, ibit ne sub umbras
 Terrarum decus, & iuuenilibus obrutus annis,
 Regna sub aurifero deserta relinquet Ibero,
 Quem flebit Germana cohors, & Belgica pubes
 Cum sibi Diis vetitum tentabit nauibus æquor,
 Heu quantum laudis mors immatura refringet,
 Nam siue ærisoni pugnator in æquore cursum
 Flectat equi, libeat seu propugnare sagitta,
 Hic cursu superat cunctos, & certius ictum
 Nullus agit, siue in nuda certare palæstra
 Mens fuerit, seu fulmineos ex montibus apros
 Impulerit, nullus iuvene est animosior alter,
 Quis canat edomitasq; niues, tolerataq; belli
 Fulmina, & exhaustos neglecto vertice nymbos?
 Quot strages dederit populis, quot vicerit hostes,
 Dū vera Crinitus contra mouet arma Sycamber?
 Vsq; adeo ne Deum manet implacabile fatum?
 Grandiaq; orsa premit rerum, iam littore classem
 Soluerat oceani, Morinosq; reliquerat alno,
 Cum subito strepitum vndarum, tortosq; rudentes
 Concussor maris & terræ Neptunus ab imo
 Hausit, & in summa glaucum caput extulit vnda,
 Atq; suum aspiciens ingenti classe per æquor
 Regalem ferri prolem, dignumq; sub vndis

A VSTRIADOS

Esse Deum, tunc secum inquit, nunq̄ ne procellis
 Liber ero? semper ne meos, immanibus Austris
 Addictus, curis atq̄ æuo defitus annos
 Discruciem? cœlo si regnat Iuppiter alto,
 Pacem habet æternam, nec mittit fulmina solus,
 Sic etiam tristes perpendet frigidus umbras
 Frater, vbi fesso sortes parat Aeacus olli.
 Ast mihi sorte datum regnū est, cui tradere habenas
 Alterius verear, quod enim hoc est sæuius vsq̄
 In terris monstrum? ventos alit, ardua pulsat
 Sydera, & in scopulos sese erigit, & vada subter
 Vela trahit, nautas pascunt immania cæte,
 Atq̄ nisi horrifonos æstus, rabiemq̄ tridenti
 Mulcerem, frenumq̄ mari, atq̄ ruentibus vndis
 Iniicerem, latas operire æquora terras.
 Nil agit oceanus, nec amabilis Amphitrite,
 Et Vitreis tu Dori manes iam cana sub antris.
 Est noster quicumq̄ labor, quem ferre recuso
 Vterius, regnoq̄ parem, sociumq̄ vocabo,
 Qui nunc per nostras defertur classibus vndas,
 Summergamq̄ rates, raptumq̄ in sede locabo
 Aequorea mecum subter mare, cuius in alta
 Dextra erit vndisoni dominatrix fuscina Ponti.
 Sic ait, & curru pro viribus incubat atris
 Fluctibus, obstrusosq̄ imo trahit æquore ventos.
 Confestim tumidi tolluntur in æthere montes
 Vndarum, pelagiq̄ atra vada concita Cauris
 Tempestate sonant, & torto vortice raptant
 Corpora vi fundo, trabibus resoluta fatiscit
 Compago, frustra q̄ vocant sacra numina nautæ.

LIBER NONVS

Exoritur nox atra oculis, passimq; feruntur
 Remigia influctus, & iam Neptunus, vbi ingens
 Rex superans æstum conflictabatur Iberus
 Vtraperet vicinus erat, pronamq; sub æquor
 Voluebat puppim, cum Iuppiter æquus ab alto
 (Nam reges, regumq; genus sibi cura tuendi)
 Talibus alloquitur prolem Cyllenida verbis.
 Inate & sumptis trepida nunc æthere pennis,
 Et fratrem æquoreum, qui iam maria omnia prædo,
 Concitat, aggredere his dictis, atq; argue fraudis.
 Scilicet imperium pelagi, sæuumq; tridentem
 Idcirco sibi sorte datum, qui temperat vndas,
 Et moueat quocunq; velit, sibi grandia Ponto
 Assurgant vt monstra suo, quid nostra laceffit
 Fulmina: & in reges audet temerarius ille
 Moliri insidias: nostra hæc, sua tentet, & vltra
 Haud fatus, tacuit, sumptis Cyllenius alis
 Nec mora, iussa facit, summisq; ex alpibus amnem
 Permensus Rheni, dein læua extrorsus oberrans
 Aurea Gesoraco flectit talaria Ponto,
 Auriferosq; alto, quos territat vnda Britannos
 Commota, & toto disiectas æquore puppes
 Vidit, & euulsos Neptunum frangere remos,
 Atq; hunc magnanimū regem iam crine tenentem,
 Inuadit dictis, quibus o rex Ennosigæ
 Impellis maria alta dolis: non fraudibus vt
 Imperium decet, atq; instar regnare Tyranni,
 Aequora habes, & sorte datum vibrare tridentem
 Per freta, per fluctus, & eo compescere Pontum
 Quem circū monstra, & proni Tritones oberrent.

AVSTRIADOS

Quid tentas nunc regna Iouis? temerataq; temnis
 Fulmina? & in reges tantum Deus æquoris, audes
 Moliri insidias? etenim sunt sub Ioue magno
 Et reges, regumq; genus, sic fatus, vt ales
 Ad prædam clausis decurrit ab aere pennis.
 Deuolat, & manibus regem diuulsit ab vdis,
 Disiectasq; rates, atq; ipsum ad regna Britanni
 Appulit, & socios tuta in statione reliquit.
 Tunc sale tabentes artus, atq; humida passim
 Transfra Caledonio exponunt in littore Belgæ,
 Armaq; arenoso pandunt naualia campo,
 Et Phœbo siccantur opes, & regia Gaza.
 Nox ruit, interea curarum voluitur æstu
 Neptunus, tristem compefcere nescius iram.
 Concilium indicit, simul at vox lapsa per vndas
 Aequorei venere Dei, & scopulosa frequentant
 Oceano in medio Vitrei prætoria regis.
 Tunc rex pumiceo considens turbidus antro,
 Regna Iouis monitu dudum temerata recenset,
 Egregiamq; sibi dolet abstraxisse rapinam
 Mercurium, elatis aderat reuerentia verbis.
 Exorti passim fremitus, & murmura vulgo,
 Sed vanum tentare Iouem, sic agmine facto
 Defæuitum vndis, & rupto limite Ponti
 Belgica ab effuso demergitur æquore tellus.
 Diffugiunt matres, præfossosq; ad pectora natos
 Exportant, trepidiq; senes, timidaq; puellæ
 A rapidis vectantur equis, pars acta quadrigis
 Excipitur, præuenta freto sub gurgite moles
 Omnis abit, monumēta patrū stant vulsa metallis

LIBER NONVS

Marmora Synadiis subter freta, sic iuga rupit
 Herculeus labor, & Bæthim diuulsit ab Aphris.
 Dum rex vndarum hæc agitat, mansuraq; in æuum
 Vnda aperit Ponti, terrasq; inuadit apertas,
 Maturare fugam iubet Aliger, ilicet omnes
 Stauratam læto propellunt remige classem.
 Iamq; Caledoniæ radunt confinia terræ
 Ingentesq; vident flexus, quibus irrigat agros,
 Mobileq; exultans infertur Alaunius æquor.
 Hinc Isacæ cursum, & latis Durotriges aruis
 Obliquiq; vndas Tamari, Volibamq; relinquunt,
 Ardua; effugiunt prærupti faxa Gohæi,
 Præcipientesq; dolis Venetos, Ligerimq; sinistrum,
 Et quos diues alit versis Aquitania campis.
 Iam q; sinum ingentem præterlabuntur, & ima
 Littora, & accessu maris exundare Garunnam;
 Prospiciunt, motamq; æstus per fluminis Antron,
 Miraturq; noua Tarbellicus incola Pontum
 Classe premi, & pulsî currunt rumore Ruteni,
 Ut Pyrenæos concessum attingere montes
 Hesperiam ingenti nauæ clamore salutant,
 Cantaber, & velox correptis Vardalus armis
 Aduentu trepidant, atq; auro concolor Astur
 Montanis exultat equis, cum præpete Leucos
 Transabit cursu scopulos, longiq; remensa est
 Ingentes Nerij rupes, fœcundaq; radens
 Marmora Cassitro Minij ratis hæsit in vnda,
 Vltimaq; Hesperia, & populi per littora classem
 Callaici excipiunt læti, & fatalia regi
 Rex senior septri concessit iura nocentis

AVSTRIADOS

Heu regnum inuisum superis, heu classe petitas
 Præcipiti fontes terras, quis temperet ægros
 A lachrymis oculos: quis singultantia corda
 Leniat: o foelix quantum sperare iubebant
 Te fortasse Dei, quantum vis improba fati
 Abstulit, Hesperia, & nocti demersit acerbæ
 Namq; sub occasu quæ sunt, Solemq; cadentem
 Aspiciunt, quæq; alta polo complectitur Arcos
 Quicquid & ad Siculos exporrigit Itala tellus
 Imperij fines iam dudum scepra petebant
 Belgica, sub leges vnus regis itura.
 Vtterius vetuit ventura retexere Apollo
 Fata Deum, tu nunc penes est quem Latius vnum
 In terris regnum, sis o Germanicæ Cæsar
 Fortunæ exactor, tua te regat ardua virtus
 Orta cadunt, finis cunctis mortalibus idem
 Angusti q; dies, & vita precaria nostra est.
 At Martis nos vrget opus, iam creuerat æquis
 Pacis amor populis, vitamq; fugarat agrestem,
 Et mores domuit vetitos, Sueuumq; rebellem
 Impulit ad leges, cum Norica castra senatu
 Insigni, ac terra alma viris, se iunxit in iisdem
 Fœderibus magni factis & rebus adesse
 Pollicita Austriadæ, quæ postq; sensit iniquo
 Marte Palatinum vrgeri, sopitaq; non dum
 Extiterant odia, atq; augendi regna cupido,
 Arma parant patres, variisq; agitata senatu
 Consiliis sunt bella prius, qui censuit vrbis
 Delectum fieri, & validam dare nomina pubem.
 Iam Croceis aurora rotis surgebat eoo

LIBER NONVS

Littore, & auricomæ terræ iam Sole micabant.
 Stromarus Eurydamas consensu in bella senatus
 Describit populos, obseruantissimus æqui
 Qui fuit, & dextra nullis æquandus, & armis,
 Primus inire aciem, postremus cedere pugna
 Militiæ sollers, qui formam, & tempora norat,
 Seu ducendus erat densos equitatus in hostes,
 Seu frenanda manus, tardamq; laceffere pugnam
 Vtilius, durumq; in cornua vertere Martem.
 Iamq; sub Alerio miles conuenerat Vdo
 (Hoc campo est nomen) gentēq; moratur agrestem,
 Falcatosq; axes, quos prætor agebat Homertes,
 Prima cohors Scythiæ cristatam more gerebat
 Cassida, & induta horrescit femoralibus æreis,
 Aspera fustibalo committens bella cruento.
 Quæ sequitur pileis non aspernabilis hasta,
 Intortos operit crines, Syriisq; Thyaris
 Pro clypeis huic Gerra manu, vastiq; dolones,
 Et mos gemmato mucronem annectere Baltheo,
 Quas regit asper equo, pedib⁹q; in Marte Seleucus,
 Pone subit gens bello atrox, quæ membra Sisyrnis
 Contegit, & crurum tenuis exarmata refulget
 Eooq; acres inuadit Acinace pugnas.

Quarta autē Legio Pardorum pellibus hamos
 Vestit, arundineas & certatura sagittas
 Saxo acuit, capreaq; vibrat tela horrida cornu,
 Hæc sub Athode mœrēt, duxisse Autharchida quintā
 Sternacem referunt, solita est quæ montibus altis
 Fraxinea timidos desigere Dorcadas hasta.
 Hæc pellem auritæ frontis gestabat equinæ

S

AVSTRIADOS

Voluentis per inane iūbas, quæ vertice summo
 Dependunt, auresq; vtrinq; ad tempora vibrant,
 Armati astabant omnes, Martemq; ciebant,
 Interea patres sublimis in arce Dianæ
 Conueniunt, agitantq; feri primordia belli.
 Et tandem Arfanes fecit sic verba senatu
 Quandoquidē ardentes animos, aciemq; videmus
 Facto opus est patres, Cæsar nos fœdere iunctos
 Iam vocat, incusatq; moram, tempusq; subinde
 Consiliis labi, vestros sint fata Saguntī
 Ante oculos, nam dum Rheteia consulit ægros
 Roma, patres, Quintum cunctatoremq; requirit,
 Interiit flamma, & Tyrio gens victa Tyranno.
 Quare cum primum pubem deducere ab vrbe
 Decretum vobis, ex templo castra petendum
 Austriadæ reor, & sociis socia arma cateruis
 Iungendum, sic nos Aquilis victricibus vrbes
 Deuictas fausto repetemus, & oppida bello.
 His dictis tacuit, contra sic ore locutus
 Sæualdos, aliter nobis sententia patres
 Ingruit, ad Rheni ripas, & regna Philippi
 Signa volēt, populentq; agros, face cuncta manuq;
 Hostili inuadant, sic Martis fulmina nostris
 Arcebunt humeris, cogentq; redire paternos.
 Quemq; lares, stabit spes interrupta Roberto
 Quem patriæ reuocabit amor, curæq; parentis,
 Sic & Amilcarides Byrsæ, remeauit ad arcem
 Sydoniæ, Tyrios quateret cum machina muros
 Ausonia, & duras ferret cum Scipio leges.
 Quod iunctis tentanda senex legionibus arma

LIBER NONVS

Consulit Arfanēs, tutum est, maiore nec vlla
 Auspicio sunt bella quidem, quidne indigus vllæ
 Cæsar opis? nostrisque simul sua facta putatis
 Digna admisceris? fur iis agitatus in hostem,
 Langraphius solus vadit, iam viribus acer
 Albertus fert arma suis, nos ire veremur
 Qua fortuna duces alios trahit, & Deus vrget.
 Quare agite o patres, quæ primum auellere signa,
 Hostilesque inuadere agros, Rhenumque iubete,
 Sic ait, ancipiti trepidabat curia motu.
 Tum quisque antiqui spectabat in ora Gerarchi,
 Cui non consilio quemque Germanica tellus,
 Eloquioque tulit similem, sed tempus, & arctæ
 Res suadent paucis, quid sentiat ædere verbis.

Si posset nostrum peragi sine sanguine bellum,
 Et Martis conceptus amor, ferrumque sileret
 Consulerem patres aliter, forsanique viderer
 Rerum usu, & canis paulo sapientior annis,
 Sed postquam duro decretum est cernere ferro,
 Statque acies campo sublati horrida telis.
 Maturanda via est, neque enim aduersabor inesse
 Vim dicto Arfanæ, sed mutant tempora leges.
 Vndique Mars sæuit, quis enim non inuida contra
 Budorij fert arma ducem? ceruicibus olli
 Cuncta domans, terror Virthymberzentius instat,
 Parte alia inuasit cubos non segnior illo
 Langraphius, villas qui sternit, & oppida flammis.
 Nec memoro Austriadem magnū, modo quem ne
 Victorē bello vidit, trepidūque Robertū (mus atrū
 Deuictis pugnae spoliante turbine castris.

S ij

AVSTRIADOS

Comitatū
in Helfatia
intelligit,
quē antiqui
Feretri co-
mitatū, recē-
tiores Feret-
ti appellāt.

Nunc autem Helfaciam inuasit, camposq; Feretri
Sic memorant, dictator vbi cum vicerit hostes
Iulius, exemplo Romani neminis, altam
Erexit quercum, posuitq; hostilia tela
Mastrucas, fagaq; & virgatas margine Pallas,
Vnde & ab erecto (si verax fama) Trophæo.
Nunc prisca asciscunt veteres cognomina terræ
Quare illi haud opus est alienis (qui sua præstat)
Inniti auxiliis, nec Rhenum inuadere, nostram
Ad rem conducit, quando maioribus armis
Ille lacessitur, ducibusq; potentibus hæret.
Quin potius nostras confinia ad oppida vires
Vertamus, magniq; antiqua in pergama Othonis.
Nam cum debilibus discedens liquerit vrbes
Præfidiis (fama est) Rhenumq; petiuerit hostis,
Huc iter vrgendum est, huc dirigat armipotentes
Eurydamas populos, & anhelet Martius ardor.
Nostra hæc sunt, hæc nostra inquit, ciuesq; Tyrāno
Oppressos, duplices ad sydera tendere palmas
Cernere erit, vestramq; manū, ferrumq; vocantes.
Talia dicenti, quamq; vox dissona vulgi,
Assensere patres, camposq; inuadere Othonis
Eurydamanta iubent, qui postq; se appulit illuc,
Perlustrat loca cuncta oculis, munitaq; castra
Disponens, bifido circumdedit agmina vallo,
Atq; ita per noctem somnos eaptauit opacam
Miles, & excubiis castrorum cura per vmbas
Demandata, iubar donec splendentis olympi
Elargitum ægris oriens sua lumina terris.
Vt primum lux alma polo, Phœbæaq; lampas

LIBER NONVS

Emicuit, cunctos iussit consistere in armis,
 Atq; ait, o focij, & bello spectata iuuentus
 Vestra diu quæ iam tantum respublica Martem
 Ordiri cupiit, ferroq; extendere fines
 His posita est manibus quarum, tollenda per ora
 Virtute est hominum, quæ tanto impensius instat,
 Maior amor quanto est patriæ, pietasq; suorum,
 Nec vos magnanimir obur deterreat hostis,
 Noricaq; innumera tremefacta per arua Phalæges,
 Nam vigor, atq; animi virtus non plurima vincunt
 Agmina, & a magnis oritur victoria factis
 Audendum est ergo ciues, quid Susa sagittis
 Horrida cõmemorem? & frenantes æquora Persas
 Spartanos timuisse duces, & mœnia Dyrces
 Exæquata solo? & fusam per cærula classem,
 Vnde etiam tali lætam Salamina triumpho
 Accipimus, pulsumq; Asiæ per littora Xerxen?
 Nec te prætereo foelix Numantia bello,
 Qua quondam victus positus hostilius armis
 Pace abiit foeda, quam non tulit aspera Roma,
 Hi parua cessere manu, nec profuit olli
 Vndiq; concitum genus, & discordia mundi
 Agmina Achemenio medicantia tela veneno,
 Quid vos exemplis intentos demoror armis?
 Velle sat est focij, magnis ornare triumphis
 Vos decet egregiam patriam, vestrumq; senatum
 Aduolat Hercynia crudelis valle Boemus
 Auxilio qui vrbes tueatur, & arua Philippi.
 Nun pauor hic animis illabitur? estis in armis
 Nequicq; virtute parilati o mihi vultus

AVSTRIADOS

Laudandi semper, digniq; in praelia motus,
 Nosco truces gestus, nosco ora petentia Martem,
 Non aliis iam Roma viris vrbs principio rem
 Aequauit coelo, tenui cum Marte Quirinus
 Crustuminosq;, Atinamq;, & pauperis oppida Bolæ
 Vicit, & Ausonio cum rettulit arma tonanti.
 Nos etiam parui fuimus, nunc sancta precemur
 Numina, dent faciles cursus, & cepta secudent.
 Non deerunt Decij, & victu contentus aggressi
 Fabritius, sæuiq; ardentia fulmina Bremij.
 Quare agite æternam bello (ni templa penatum,
 Et Diui indigetes, & sacri numina fontis
 Pegnesi sordescit amor, patriæq; futurum
 Ornamentum animis abiit) perquirite famam.
 Vix ea finierat, cum pubes omnis ad auram
 Vulpigeras quassare hastas, & promere Martis
 Venturi signum, reboant super æthera voces
 Tympanaq;, & lituis Mauors accenditur æreis.
 Non aliter furor hos agitat, q; si sua Ianus
 Belliferrati referaret limina templi,
 Cum Mars indomitus, centumq; euinctus ahenis
 Frangit claustra, acuitq; animos in bella furentes.
 At contra vt rumor Boiorum venit ad oras,
 Inuasitq; aures magni vaga fama Roberti,
 Illico delectos equites, peditumq; cohortem
 Tyronum auxilio misit, qui finibus hostem
 Eiiciant, pauidasq; vrbes tueantur Othonis.
 Sin paribus signis nequeant se fidere, campo
 Detrectent pugnam, donec fulgentibus armis
 Subsidiū gelido Boiemus conuehat albi.

Nec
 Amb
 Inst
 Pra
 An
 Ro
 Et
 Ol
 Tr
 L
 Et
 Con
 Pan
 Egu
 V
 Qu
 Tu
 Sax
 At
 In
 Ho
 Se
 De
 Ex
 Cu
 An
 Vo
 Iam
 Inre

LIBER NONVS

Nec mora perrexere duces, verbisq; pauentes
 Ambibant populos, nec non munimina bello
 Instaurant, vrbesq; nouant, & mœnia condunt.
 Præterea syluas Theutisco more, recidunt
 Annosam taxum, scabrisq; e rupibus ornos
 Robora, coniferumq; genus, tiliâsq; sequaces,
 Et patula ad superos tollentem brachia fagum,
 Obiiciuntq; viis sylvarum, & compita claudunt,
 Transuersisq; negant trabibus popularier hostem.

Lauphenij interea Eurydamas ad mœnia tendit,
 Et tormenta vehit belli, vetitasq; recludit
 Connexu trabium valles, iter obiice victor
 Pandit in accessum, sylvarumq; ardua tandem
 Egreditur, campoq; phalanges sistit aperto.
 Vt longe armorum sonitus, strepitusq; pauentis
 Quadrupedantum aures hostis percussit equorum,
 Tunc armati omnes, turrestq;, & mœnia complent,
 Saxaq; subuectant humeris, vastosq; molares.
 At Cyrus armipotens iuuenum lecta agmina bello
 Instruit, & dictis ciues affatur amicis.

Vos o bellorum decus, & fortissima pubes
 Haud nos puluereo Martem committere campo,
 Sed portis instare decet, murisq; cruenta
 Deicere arma manu, clypeosq; effringere saxis,
 Exiguum ostentant præsentia bella laborem,
 Cum victis pugnare datur, vulgoq; coacto
 Arma inter syluas, & acutos sumere dumos.
 Vos modo sollicitas de pectore demite curas.
 Iam ciues capite arma citi, date tela per hostes
 Intrepidi, & circum vis Martia perfremat urbem.

AVSTRIADOS

Dixerat, interea Eurydamas ad mœnia tendit,
 Castraq; subiecto munit fidissima campo,
 Qua missas poterant audire, & reddere voces.
 Interea placidam suadens nox atra quietem
 Præcipitat, retegítq; polum crescentibus vmbriis.
 Tum vero Eurydamas animo vigilante volutans,
 Quis modus ad pugnam, quo belli exordia sumat
 Principio, & quæ sit sternendis machina muris
 Aptior, in somnem totam producere noctem
 Atq; diem, belli cupidus, Phœbumq; morari.
 Nec pugnae præsentis erat modo cura, sed olli
 Rumpebant altos Neomartia mœnia somnos,
 Nec non Lauphenidæ, simul & Cyrus vndiq; muros
 Lustrare, & pugnas secum conferre futuras.
 Nox abít interea, tunc Segduneia pubes
 Arma capit, totisq; fremunt densa agmina castris.
 Iam strepit omnis ager, resonant clangore tubarum
 Hercyniæ valles, iam signa vndantia, contra
 Aspiceres urbem inferri, ceu sub mare Delphin
 Turbam agit æquoream, & fauces inuadit Abydi.
 Sic densi ad muros belli cum mole feruntur,
 Conuectantq; humeris scalas, Vulcaniaq; vrbi
 Tormenta impellunt, monstrum damnabile terris.
 Quo ferri, lapidumq; globos iaculatur, & ignes
 Nube diem, & terra obtexens caligine Solem.
 Inuentum Germane tuum, sic & noua semper
 Ingenia extundant varias mortalibus artes.
 Utq; urbem contra elatis procedere signis
 Visa acies, staurant portas, & mœnia firmant
 Lauphenidæ, iaciuntq; ingentia saxa, superq;

Horres
 Rore
 Veller
 Incept
 Audan
 Cern
 Pum
 Iam p
 Vndi
 Scalan
 Increb
 Nectir
 Sed fer
 Agmir
 Parte
 Et trem
 Quid
 Audis
 Nomin
 Talib
 Dicer
 Emill
 Tunc
 Segdu
 Lauphe
 Effur
 Saui
 Sic mo
 Confu
 At Cyri

LIBER NONVS.

Horrescunt pilis, abiguntq̄, & sanguinis atri
 Rore madent enses, instant hi frangere portas
 Vellereq̄ ærato stridentes cardine postes
 Incepto, ij crebra telorum grandine pellunt
 Audaces animos, sic fluctus fluctibus altos
 Cernimus vrgeri, collisa littora clamant,
 Pumicibusq̄ cauis sonitum mare reddit anhelans.
 Iam passim furit effusis Mars sæuus habenis
 Vndiq̄ ferri acies, fractarumq̄ aera pulsat
 Sclarum fragor, atq̄ armorum casus ab alto
 Increbrescit, humiq̄ super ruit arma virum, vir.
 Nec timet euentum belli cristatus Hormertes,
 Sed fera sectilibus committit bella dolabris
 Agmina pone acris pugnant gerrata Seleuci
 Parte alia Autharchis muros inuadit, & vrget
 Et trepidantem altis impellit Athoclea verbis.
 Quid differs segnis? grandi nun voce tonantem
 Audis Chorebum? pugna qui prouocat, & te
 Nominat ignauum? si quis pudor arripe telum.
 Talibus affantem verbis, & plura volentem
 Dicere, transfadigit vibratum Autharchida ferrum,
 Emissaq̄ animam trusit sub tartara voce.
 Tunc paulo concussi animi, retroq̄ relabi
 Segdunæa cohors visa est, contra horrida tela
 Lauphenidæ iaciunt, madet atro sanguine tellus.
 Effurit Eurydamas, & quadrupedante superbus
 Sæuit equo, largisq̄ fluunt sudoribus harmi.
 Sic modo victores, modo victi Martis alumnum
 Consumpsere diem, bellumq̄ ita nocte diremptū est.
 At Cyrus exactam cædem, patriæq̄ futuros

A V S T R I A D O S

Agnosceus casus, nec spes erat vnde vocaret
 Auxilium, hortatur miseros se dedere ciues,
 Sic etiam cunctis visum est, cum crastinus ortus
 Fulserit, & nigras aurora fugauerit vmbas
 Legatos mitti, pacemq; & foedera posci.

Tertia iam lux alma polo splendebat eoo,
 Panduntur portæ, turmas inducit ouantes
 Eurydamas, lætiq; omnes Pæana canebant,
 Auspiciis Diuum acceptis, & Marte secundo.

Protinus Herbruchi fines, atq; arua peragrat
 Althenij victor, putriq; immerfus arena
 Metatur castra, & crebro post mœnia lapsus
 Exæquata solo, turesq; minasq; reuulsas
 Vi potitur, cum sexta dies iam pila teneret
 Infesta, & dubiis fremeret Bellona sub armis.

Dumq; ea iam trepidos, non æquo Marte gerunt
 Phalsgraphidas contra, non segnius arma potentis
 Cochenis ad gelidas erecta Neopolis vndas
 Vlryci patitur, tandem victricia tela
 Mechymoli ad campos fessus diffuderat vrbis,
 Armorumq; graui paulum laxauerat æstu.
 Parte alia infesti populata per arua Soberni
 Sæuit Alexander premit indignatus Adechum,
 Rughorum princeps, sed longe animosior armis
 Cæsar in extrema pugnabat Agenoris ora,
 Nomine corrupto, quæ nunc Agenoia dicta est,
 Fertur enim Cadmus, iussu vagus exul ab oris
 Phœnicum, Europam quærens & furta tonantis,
 Hunc coluisse locum, atq; sui de nomine gentem
 Appellasse patris, qua etiam gentilibus aris
 Sacra repertores celebrant Phœnicia Diuos.

LIBER NONVS.

Hanc pretio memorant emptam, magniq; reuulsam
 Imperio Austriadæ, multisq; fluentibus annis
 Dura palatini perpeſſam ſceptra Tyranni,
 Hanc ſubito ſine Marte capit, ſic mœnia ciues
 Colmarij Austriadæ pandunt, ſichospita Bari
 Fit pubes, multoq; viri innuptæq; puellæ
 Vndiq; ſpumantes turmis crateras Iacho
 Cæſareis fruſtum Cereris, Zytumq; propinant,
 Grandiaq; exportant melliti pocula Medi.
 Nec mora Sonchauios montes, penitusq; repoſtam
 Alcratium petiit, victor lateq; per oram
 Imperat Helſaciæ Cæſar, recipitq; Philippo
 Ablatas vrbes quondam, populosq; pauentes
 Componit, mulcetq; animos, clauſamq; reſignat
 Iuſtitiam, & ſanctis confirmat legibus vrbes.
 At Philſhophenium, Phylſi de nomine dictum
 Fluminis, atq; vnda quod Ræticus alluit Iſter,
 Byſpeiches dum Marte premit, tentatq; potiri.
 Inuadunt fortes meditantem talia ciues,
 Pugnatumq; diu, atq; anceps certamen vtrinq;
 Extiterat, tandem multa cum cæde ſuorum
 Hoſtis abit, vetitam linquens inglorius vrbem.
 Sic paſſim horrendi crudescit Martis Enyo,
 Totaq; lætifero mota eſt Germania bello.
 Nec minus vmbriſeros trepidare per auia Francos
 Aſpiceres, cum viſa palam vexilla per auras,
 Hoſtiliq; premi Neomartia mœnia pube,
 Quæ vallo ingenti, & multis legionibus, acer
 Cinxerat Eurydamas, & iam Sol aureus orbi
 Bis noctem intulerat, bis luce fugauerat vmbraſ,

Tyrannum
 caue in ma-
 lam partem
 accipias.

A VSTRIADOS

Cum frustra fortuna loci tentata remansit,
 Vixq; intra iactum micuerunt agmina teli.
 Tunc Cymmon nocte in media, atq; silētibus vmbriis
 Multa animo voluens, simul atq; aurora nitentem
 Rettulit alma diem, coram sic omnibus inquit.
 Incassum o socij bellum tentamus aperto
 Marte negant pugnam, solum certamina muris
 Expectant auidi, dextra sunt vndiq; montes,
 Aeriq; horrent scopuli, non altius Oeta
 Tollitur, aut timidis vitanda Ceraunia nautis.
 Ad laeuam in planos ad nos quæ panditur agros
 Defendunt turrets, & propugnacula, minæq;
 Murorum ingentes, pulsantiaq; ardua nubes.
 Quid terimus tempus, non si Phlegreia tellus
 Rursus centimanos agitarit in arma Gygantes,
 Demoliri vnq; poteris, vel vincere bello
 Hanc urbem Eurydamas, & quã reor esse nocentē
 Præcipitanda mora est, aderunt, sic fama vagatur,
 Indomitæ gentes pugna, totusq; Roberti
 Albis in auxilium vacua vehit agmina Praga.
 Nosco equidem crudele genus, certandoq; quantum
 In dypeum surgat, quantasq; effundat habenas
 Irarum, a nobis Dij talem auertite pestem,
 Et prohibete nefas, dicentem talia toruo
 Spectabat vultu Eurydamas, simulataq; norat
 Pectora, quo bellum fatale auertere t vrbe.
 Namq; Palatinis occultum semper adhæsit
 Partibus, atq; animos fautor remouebat ab armis.
 Quē contra Eurydamas fantem, sic turbidus inquit?
 Si tantum factis Cymmon, dextraq; valeres

LIBER NONVS

Quantum omnes superas ore, excellisq; loquendo
 Sub iuga venissent Byfalthæ, & Eous Orontes,
 Byzeresq; feri, & frenum indignatus Araxes.
 Sed quia vel nolis, vel nescis prælia forti
 Exercere manu, nec Martis honore decorus,
 Antiquos imitaris auos, nunc tempora belli
 Prolatas verbis, & fœderis autor iniqui
 Consulis, aut pacem fœdã, aut clam subtrahis armis
 Audaces animos, I. nunc & magna senatu
 Verba tona in medio, & te dictis effer ad auras.
 Scilicet incassum tentabimus aspera bella,
 Aduentat crudele genus, vastasq; per Istri
 Flumen agit puppes, soboles mauortis alumna,
 Nun Byorix, Ambronq; ferox, nun Vandalus acer
 Arma mouet; nostra hæc veniat sciet obuia quantũ
 Tela valent, nec nos vt te, timor occupat iste.
 Dixerat, interea miles Neomartius hostem
 Nequicq; timet, & muros fulgentibus armis
 Circuit, & quernis resonant caua tympana truncis.
 At vigil Eurydamas cæsis de montibus ornís
 Tormenta instaurat, lignisq; informibus ingens
 Exorditur opus, primum latera ardua tortis
 Sepit viminibus, patulamq; altrinsecus aluum
 Excepturam homines, aditu laxauit inani.
 Ac ne flamma vorax, iaculata a mœnibus altis
 Vreret impactam molem compage soluta,
 Pellibus Vrorum, & taurino tergore cingi
 Imperat ingentes præuasti corporis artus.
 Hanc molẽ Eurydamas iuuenũ lecto agmine, cõplet
 Inuitamq; vrget, trepidantiq; ingerit vrbi,

AVSTRIADOS

Dein iubet ut roseos aurora retexerit ortus,
 Arma parare viros, crudo & se accingere Marti
 Atque ait, in laevam flectetur machina partem.
 Vos dextram servate, atque altos cingite muros.
 Vix ea finierat, cum se Neomartia pubes
 Armatam effundit portis, fataleque lignum
 Aggreditur flamma, ferroque, & grandine teli,
 Eurydamas contra latis erumpere castris
 Hostilis cum visa acies, & pulveris atri
 Inuolui nubes, mucronibus agmina densis
 Semirecincta iubet, turmaeque, alaeque ruebant,
 Cristatique equites laxis certamine loris
 Arua fuga rapere, & calidis trepidare sub armis.
 Iam coniunctae acies, & iam feralibus aruis
 Anteuolat Mauors, caesorum stridor olympum
 Verberat, implenturque agris singultibus aurae.
 Eurydamas furit asper equo, impellitque morantes
 In pugnam, torquens Leumæo hastilia ferro,
 Impete qui primo perimit Colybumque, Gyamque,
 Saxonemque Balyn, & quem tulit obruta cœno
 Terra Sycamborum contorto crine Trymethem,
 Nec tibi septemplex certanti profuit umbo
 Ræte ferox, quondam qui sanguine cretus Hetrusco
 Tyrrenos extollis auos, priscasque secures,
 Nec non Romano gestatos consule fasces,
 Et male volentem tacitum penetrale Magorum,
 Et Dryudum cantus, & praepetis omina pennae,
 Dij iuuere Thagem, nam dum se surripit hastam
 Alchionis, retro labens (miserabile visu)
 Impegit caput in saxum, fractoque cerebro,

LIBER NONVS

Fatidicam multo vitam cum sanguine fudit,
 Augetur fragor armorum, circumq; furentes
 Martis equos fremere, & Bellonā sanguine tinctam
 Accipimus visam, atq; ardentis mole duelli
 Inter anhelantem peditemq; equitumq; furores,
 Turgentemq; minis Antherona, equasq; Seleuci,
 Et pavidum belli furis incendere Athodem,
 Sic pugnat conferta acies, atq; vndiq; ciues
 Vrbe ruunt, summaq; ducis volat arce Roberti
 Præsidium, & fuso comittunt ordine pugnam,
 Non aliter velox extra deserta Getarum
 Gens ruit in præcepta pellecta cupidine belli,
 Quam nulla inducit certantem industria, tantum
 Et sæuus furor, & dementia suggerit arma,
 Parte alia ad muros induxerat agmen Homertes,
 Claustraq; portarum disruperat æratarum,
 Vociferans Dorylas summa tum currit ab arce,
 Quid vos o miseri, quid vos o pigra moratur
 Machina: quæ vestras cepit dementia mentes?
 Hic dolus est inquit, quid vos hic tempora ciues
 Nequicq; teritis? iam Segduneius acer
 Hostis habet muros, oculis hisce agmina vidi,
 Nos aciem contra, atq; minantia vertere signa,
 Vix ea finierat, iuuenum globus emicat, aluo
 Tormenti execta, Mauortisq; impete vasto
 Instaurat lassæ pugnam, cædemq; morantem
 Inuaditq; hostile latus, stragemq; cruentam
 Aedit, at infano Neomartia victa timore
 Turba fugit, repetitq; urbem, ceu carcere fracto
 Barbara anhelantes horrens Hyrcania tygres,

AVSTRIADOS

Aut Atlantiaco fuluos de monte Leones.
 Maure paues, trepidasq; fuga, iam sulfur & atro
 Igne dies tegitur, fractusq; reuerberat aer
 Armorum strepitu, & morientum vocibus imæ
 Implentur valles, omnisq; admurmurat umbra.
 Ut patuere doli, Phlegyasq; vnaq; Lycetes
 Increpitant ciues, vos o scœdissima proles
 Quo ruitis? firmate gradum, nescitis vt errat
 Iam dolus in castris, vos hic pugnatis, & urbem
 Hostis habet, miseri retro hinc iam cedite pugna.
 His dictis, cuneum primæuo flore iuuentæ
 Instruit, & medio Phlægyas se subtrahit hosti.
 Instabat ferus Eurydamas, sensimq; recedens
 Agmen agit telis, atq; intra mœnia pellit.
 Et ni vasta ruens aditum Cataracta negasset,
 Imperio tandem vetita potireris in vrbe
 Eurydama, sed fata obstant, nec segnius instat
 Mœnibus, & flamma, & telis infandus Homertes.
 Tunc timidæ matres, pueri, innuptæq; puellæ
 Festinate viri, & rebus succurrite fessis,
 Hostis adest, clamant, fulgentq; in mœnibus alæ,
 Nec mora concurrunt omnes, sæuusq; Lycetes
 Euolat, & primus mediis intermicat armis.
 Vociferans vltro ciues Mars obtulit horam
 Qua bello egregij, & factis tollamur ad astra,
 Instate, agglomerant omnes viresq; manusq;
 Atq; ministerium læti subiere cruentum.
 Erbipoli interea fulgentes ære cateruas
 Subsidio venisse vrbis, summaq; receptas
 Arce volat rumor, maioraq; nuntiat arma,

LIBER NONVS

Protinus Eurydamas, vnaq; animosus Homertes
 Discedunt pugna, pubemq; in castra reducunt.

Dumq; hæc in terris ardent mortalia bella
 Et nunq; miseris regnandi exacta cupido,
 Iuppiter omnipotens cœli qui sydera torquet,
 Multa super belli finem, metamq; volutans
 Concilium indicit Diuis, & lumine sancto
 Torua tuens, longe magnum concussit olympum.

Diūq; Deaq; omnes, Vati memorate quot estis,
 Vestrum opus incipio, nam vos venistis, & omnes
 Qui terras, fluuiosq; altos, quicq; æquora late
 Incolitis, iussu magni Iouis astra petistis.

Principio mater fuluas turrata Leænas
 Exagitat per inane poli, torquetq; per auras,
 Hanc circum Corybantes erant, Dytæaq; turba,
 Semiuirumq; genus crepitantia percutit æra,
 Pone antiqua Deum soboles, quosq; ipsa vetustas
 Consentes memorat, selectiq; ordine Diui
 Conscendunt biuigos, & prima intermicat omnes
 Magna Iouis coniux, quæ densa septa caterua
 Altum Agamemoniis cœlum penetrauit ab Argis,
 Hinc & flaua Ceres sacra quæ flectit Eleusi,
 Ad iuga panda boues, Aeneia deserit ignes
 Vesta suos, Cycnoq; Venus modulante reliquit
 Idalium, Paphiasq; aras, atq; alta Cythæra
 Ambrosio gratum fundens de vertice amorem
 Quo superi, stygiiq; Dei, quo numina Ponti,
 Mortalesq; seraq; omnes, pictaq; volucres
 Vincuntur, seruantq; acres in pectore flammæ,
 Inde sagittiferos Amphionio Aracyntho

T

AVSTRIADOS

Educit Diana choros, & permeat astra,
 Præterea anguitenens properat Tritonia virgo
 Consilij Iouis, & fati haud ignara futuri.
 Nuntius & celeres aptans Cyllenius alas
 Deserit Arcadium, qua se mutare figuris
 Insolitis perhibent homines, faciemq; luporum
 Induere, & decimum purgatos rursus in annum
 Sumere mortales vultus, hominemq; fateri,
 Aureaq; huic nodo stringens talaria nequit
 Fibula, gemmatoq; fluunt sub tegmine crines.
 Nec non fluctiuoma Neptunus ab Amphitrite
 Portunnum misit, sensit Vulcania Lemnos
 Tardipedem petere astra Deum, crinitus Apollo
 Lustrabat longum radianti vertice olympum.
 Belliger hinc Mauros gelido præurbidus Aemo
 Cornipedes impellit equos, & fulminat hasta,
 Pone subit Bellona ferox, flagroq; cruenta
 Corripit ignavos, & pugnae perfremit ira.
 Venit, & Aegypto nequicq; vlulatus Osyris,
 Et latratorem secum compellit Anubim,
 Agminaq; ærisono iungit Nilotica systro,
 Turilegiq; suum numen misere Sabæi
 Inde lares, Ianusq; biceps, Syriamq; vagata
 Derceto, & instabiles voluens Adrastia currus,
 Vna omnes subiere polum, sacriq; penates
 Erdaq; telluris Diua, & Germanica secum
 Euolat Hercynio ad superos Aruinia luco,
 Sanctaq; Cecropiis discessit Aglauria templis,
 Venit & Inoo celebrata Palæmone mater
 Leucothoe, fugiens mythratos barbaræ Colchos,

Albunæ
 quæ & Leu-
 cothoe, tem-
 plum apud
 Colchos.

Alta
 Qu
 Et
 Qu
 Co
 Mu
 Et
 Cy
 Ex
 Inf
 Tu
 Ma
 Ast
 He
 Ex
 Pr
 At
 Lym
 Col
 Sed
 Ast
 Ex
 Co
 Leu
 Of
 Ven
 Vlt
 No
 Tur
 Orgi

LIBER NONVS

Altaq; Iuturnæ numen petit astra latinæ,
 Quid memorē Aegoceronq;, Hyadas, septēq; triōes,
 Et tardum cœlo flectentem plaustra Bootem?
 Quicquid labentes deuoluens circulus annos
 Continet, atq; alio vergentia sydera mundo
 Maturant parere Ioui, quid in æquore merfas
 Et Clothen, Panopemq; loquar; flauamq; Alimedem
 Cyrene mater viridis Penæos ab vndis
 Exerit os vitreum, placido discedit Enipeo.
 Infœlix Tyro, & dilectas deserit vndas,
 Tuq; Ister viduis mansti sine numine ripis
 Maximus Europæ fluuiorum, nam tua Xanthe
 Astra subit, secumq; Erato, Glaucaq; sorores
 Hæa, quo se tantum iactat Germania Rheno
 Exiluere ambæ, & cœlum petiere volantes.
 Præterea Aonio modulantes vertice Musæ,
 Atq; antiqua Themis, semperq; errabilis Io.
 Lymphaq;, & ingentes varians Thaumantias arcus
 Cœlitibus roseo vultu se miscuit altis.
 Sed primæ ante Iouem nentes mortalia fata
 Astiterant Diuæ, quæ magni dicta tonantis
 Excipiunt, calamoq; notant, & magna Deorum
 Concilia æterni condunt annalibus æui.
 Leua aūt timor, & Zelus spolia ampla Gygantum
 Ostendunt, qui regna Iouis, templa aurea cœli
 Vertere terrigenas quondam vetuere Tyrannos,
 Vltricemq; Deam euentum, trepidumq; timorem
 Nocturnos Lemures, & mortis imagine Somnum
 Turmatim ascendisse ferunt, quid Eryctea dicam
 Orgia Cecropij celebrant cui festa coloni,

AVSTRIADOS

Oreque saxifico terrentem Persea Diuos.
 Et decantatum Nemeæo Alcida Leonem,
 Hic secum astriferos profert sua monstra per axes,
 Stymphalidas, cæstusque Erycis, victumque Erymanti
 Colle suem, & semper plagis viuacibus hydram,
 Raptaque deuictis Acheloia cornua ripis,
 Quæque tulit danaas fulgentia poma Mycænas,
 Theseaque, & raptum discincta ab Amazone baltheum,
 Iam Tenedi misere Deum, iam Græcia sacros
 Tyndaridas dedit, & cantatum Roma Quirinum.

Ecce autem astrifera, qua tollitur altior axis
 Sede, choro descendit auum, tua maxima proles
 Alberte, Ernestusque suos veneratur Othones,
 Henrici subeunt pone, & vestigia adorant
 Sacra Leopoldi, sed longe excelsior ibat,
 Cum bello tum pace grauis, qui infanda parantes
 Oceani domuit populos, Morinumque subegit.
 Hic est qui sapiens olim sine Marte furorem
 Vicit Pannonium, & cunctando restituit rem.
 Nec dedignatus tantum est tibi maxime Cæsar
 Virtutum decus, in partem te iungere regni,
 Hic numero Diuum insigni, trabeaque decorus
 Sydereo in folio iuxta micat astra tonantis,
 Ut late fulsere Dei, & quæque ordine notis
 Numina confedere locis, cætuque silente,
 Talia depromit toruo Saturnius ore.

F I N I S.

LIBRI DECIMI ARGUMENTVM.

Decimus habet Iouis orationem, qua deliberat accelerandum
 Roberti Palatini fatum, inibi que nonnullas temporum suorum clas-
 des recitantur. In fine orationis, occulte ne Deorum animi ad Pa-

thor
las
tur
Quo
int
eu
em
ro
seu
ti
qu
sol
qu
P
tu
nu
na
illi
mo
d
A
Eter
Iam
Men
Ex
An
Cul
Com
Se
S
A
Bo
Pu
Na

LIBER DECIMVS

hos mouerentur, uxorís quoq; & filij mortem innuit. At Pallas postq; decretum est, rogat Palatino diuinitatem dari. Sequitur & Dianæ oratio, Iouis iusiurandum in Cæsaris sclicitatem. Qui mox Mercuriũ ad Parcarum sedes mittit, ut fatum Roberti interrumpant, ubi Parcarum sedes describitur. pestisq; ab inferis euocata, Robertum inuadit. qui post querimoniam tam desidis exitus, moritur. Inde uxorís sup ipsum lamētatio, ipsiusq; ac filij repētina mors. Accurrit pater, qui super corporibus patheticam sed grauitatis plenam orationē habet. deinde mandantur sepulturæ. Sequitur belli Boemici descriptio, non longe a Ratispona, quam reginonē alij dicũt, Poeta Reginum appellauit, ubi mons solis est. Inde Cæsaris oratio ad milites, Langicq; ad eũ responsio, quorundãq; principum qui eidem bello interfuerunt, nomina. Pugna atrox, multorũq; cædes ingens. Iamq; ad currus peruentum erat, cū Pallas Doridem oceani uxorē petit, impetrat undas nubesq; concit. Pluuia imensa oriĩ, utrinq; pugna relicta est. Diana cū dolo nouisset, Messanã Siciliae petit, Phœbũq; fratrem qui illic stabulauerat, cum equis rogat ut nubes dissipet. Interim fama Roberti mortem attulit, concussi Boemorũ animi. qui tandem uertunt terga fuga, & Cæsar uictoria potitur.

AVSTRIADOS LIBER X.



Eternas mundi leges, & scœdera rerum
 Iam cōnexa, mihi voluēdo ex ordie nunq̃
 Mens subiit dānare, diēq; abstrudere fr̃is,
 Ex q̃ me Alcmena iūxi, magnũq; creauĩ
 Amphitrioniaden, & nox mihi paruit ingens,
 Occuluitq; iubar plus æquo Pythius alto
 Oceano, & fratrem mirata est Luna morantem.
 Sed nunc cœlicolæ magni, & genus omne Deorum
 Syderei, sedem quicumq; subistis olympi,
 Audite hæc, animisq; omnes mea figite dicta,
 Bella diu in terris regum viguere, nec vlli
 Pugnando innumeras pudor est deperdere gentes.
 Nam quot Tarpæa vidi de rupe triumphis

T iij

AVSTRIADOS

Parthenopem egregiam, quantas lux vna tenebras
 Attulit: Insubres memorē, quos Gallica pubes
 Alterno fractos motu, varioq; tumultu
 Perdomuit, victrixq; Padi calcavit arenas,
 Transiit hoc animo, nec me fortuna peracti
 Sollicitat, veniet lustris labentibus ætas,
 Qua puer insignis regno potietur auito,
 Et cisalpinas exactis hostibus vrbes
 Inuiset, verum Cæsar Germanicus, vna
 Cura mihi, & mundi regio qua labitur Ister
 Iam contra insurgens commouit bella Robertus,
 Arctosq; replet sociali cæde penates,
 Et quamuis Marte inuisa Tritonide Cæsar
 Exuperet, victoreq; aquilas, & signa reportet.
 Surgent bella iterum populis, maioraq; mundo
 Funera, replentes crebris plangoribus auras,
 Tristia lugebunt natorum vulnera matres.
 At si Phalsgraphides venturis viueret actis,
 Nunq; pax bello fieret, maiora refellit
 Hic sceptrâ, ille parem non vult nec fœdere iungi,
 Ergo innexa chaos repetant elementa, diesq;
 Dispereat, Phœbusq; suo declinet ab ortu:
 Impia ne radiis, retegat tot facta reuectis:
 At non sic, præstat sed bello imponere finem,
 Quem fore sic video, magnū si Marte Robertum,
 Cuius ab astrifero dudum spectastis olympo
 Pugnaces animos, fontesq; in bella fur ores,
 Ante diem mortis dedam, secumq; nouandi
 Crescentem belli spem, ne nociura futuris
 Interrumpat iter rebus, nam plurima magno

Alludit ad
 ducem Me-
 diolanensem
 per Cæsarē
 in domini-
 um restitutum.

Robertū, &
 Albertū in-
 telligit.

In Lar... x
 Prot... nū
 Sic p... eff
 S... t a
 A... t di
 An... em
 O... um
 N... qui
 I... gen
 Im... m a
 Im... sede
 Alta D... trufi
 En... lipot
 Pro... s iam
 S... is, atq
 Q... e hac
 O... atq
 Na... 20 qu
 Inf... o sup
 Soli... pacto
 Im... terra
 Re... at, ren
 A... im eff
 Qu... ate bo
 Co... se me
 S... erum
 Ab... nte d
 Ve... ec fat
 No... sed fal
 Hu... d super

LIBER DECIMVS

In Latio rex bella geret, cum gallicus horror
 Proteret Insubres, atq; Adria fulserit armis.
 Sic pater effatus longum tremefecit olympum.
 Stabant ancipites Diui, nec pergere contra
 Audebant dictis, tunc Pallas Gorgone sæua
 Ante Iouem sistens, mœsto sic incipit ore.
 O hominum rector, Diuumq; æterna potestas,
 Numine qui cœlum torques, quæ tanta lacessunt
 Iurgia te genitor? iuuenem q; dedere morti
 Immeritum ante diem, & dotali expellere regno
 Immotum sedeat: nunquid sacram Elidis ædem,
 Altaq; Maurusi rapuit delubra tonantis?
 En ego bellipotens, capitisq; excelsa paterni
 Progenies iam vilis ero, frustra q; gygantes
 Strauimus, atq; altis serpentem affiximus astris:
 Qui parte hac propius, totidemq; reflectitur illa
 Orbibus, atq; duas intermeat algidus arctos.
 Namq; ego quem foui in terris, iuuiq; superstem
 Infandum o superi vitali pellimus aura.
 Scilicet hoc pacto dominus, victorq; per orbem
 Imperium terræ Cæsar regat, omnia solum
 Respiciant, rerumq; decus post tollat in astra,
 Atq; iterum effuso iactet se sanguine Diuum.
 Quid iuuat e belli flammis, fatoq; Robertum
 Conseruasse meum? & vento vexisse per auras
 Si tanta a rerum mole, & flagrantibus armis
 Abstrahis ante diem, & iuuenili surripis æuo.
 Verum si hæc fati sedet alto in corde voluntas,
 Non veto. sed saltem mundi da maxime rector
 Huic iter ad superos, atq; inter magna relatum

T iij

AVSTRIADOS

Boemicam
pugnā intel
ligit.

Sydera, fac numen, sic nec mentita videbor,
 Quæ toties illum dixi post fata iubentem
 Te sperare polum, qui factus numen ab alto
 Puluereas acies, atq; aspera bella videret.
 Pollicitis, tu magne pater precor annue nostris,
 Dixerat, at contra surgens Diana locuta est.
 Credebam o genitor, veteris fera iurgia litis
 Discessisse animo paulum, sed Palladis ira
 (Cum nunq; nostris contraria desinat actis)
 Cogimur effari, coramq; has fundere voces.
 Ex quo Iunonem fugiens Latona furentem
 Appulit instabilem deuecta per æquora Delon,
 Olli venturam magna de stirpe canebas
 Heroum prolem, dextraq; opibusq; potentem,
 Quæ regeret terras, quas arcticus alluit Ister.
 Et tandem in Latium bello transfiret apertis
 Alpibus, Austriadum genus hoc fore, rite recordor
 Dicere te genitor, curam tibi Iuppiter vni
 Augere hanc gentem, magnaq; ab origine reges
 Seruare, atq; illis mundi committere habenas.
 Dicta precor serua, veniat translatus ad astra
 Ut lubet, & currus per sydera torqueat heros.
 Nulla mihi inuidia est, iam prælia spectet olympo
 Cæsareasq; acies, ita nec mentita coletur
 In terris Pallas, detur nunq; ne quietum
 Diua geres animum: aut tolles cum Cæsare litem?
 Tunc decuit seruasse modum, cum Belgica mouit
 Menapio exoriens contra gens littore bellum.
 Gens infrena ferox vbi te per castra, per enses
 Vidimus armatam, & magno cum turbine Martis

LIBER DECIMVS.

Oceani vrgentem populos, pugnamq; cientes,
 Cumq; tibi vetitum iussu Iouis arma sorori
 Enceladi, quæ inuisa Deis, dementia fertur,
 Porrexisti amens obscura in tartara mersæ.
 At si præteriti stimulat te vulneris ardor,
 Ausriadem contra, quæ te impulit ira potentem?
 Cæsar cura Deum, multos dominabitur annos.
 Annuat omnipotens hoc Iuppiter, ipsa querelas
 Iam pone, & fati parere assuesce futuris.
 His dictis, Cytheræa sui haud oblita cruoris
 Mussat, & apta sibi meditatur tempora fandi.
 Cum solio omnipotens confidens Iuppiter aureo
 Incipit, in ter vos tantas componere lites
 Tēpus adest, mihi quod factum est opus, ipse facessam.
 Quod quæris dabitur Pallas, Latonia Phœbe
 Phalographidem accipies, mediocq; locabis in orbe.
 Nec ducis egregij tristabere Cynthia fato,
 Hæc enim ventura tibi stant condita mente.
 Aetheriam in sedem cum numina sancta vocarem
 Prædixi, nec pollicitis fraudabere nostris.
 Interea Cæsar tota dominabitur orbi,
 Sic fixum est animo, Manes obtestor auerni,
 Et stygij flumina atra vadi, sat fulmen Oilei
 Sit tibi, & Euboicus conterritus igne Caphareus.
 His dictis tremuere apices, & culmina olympi.
 Inde pater solio descendens Iuppiter alto
 Sydeream in sedem, Diuum comitante caterua,
 Se confert, mundumq; alta despectat ab arce.
 Sic omnes abiire Dei, cætuq; soluto,
 Quisq; suas repetit sedes, & templa reuisit.

T v

A VSTRIADOS

Nec mora parcarum iubet, agmina sacra sororum
 (Quas modo scribendi solito dissoluerat visu)
 Mercurium petere, interruptaq; poscere fata.
 Nec mora præpetibus Maia fati euolat alis
 Parcarum ad sedem, stat circum ferreus olli
 Prædurusq; obex, solidosq; adamante Dearum
 Sunt postes, atq; ære gradus, clausosq; recessus
 Nulli fas aperire Deum, nec scindere ferro,
 Hinc horæ, solesq;, atq; irremeabile tempus
 Remigio alarum, & vario discrimine vitæ
 Nascuntur, pereuntq; simul, latet orbita rerum,
 Ordoq;, & obducto primo stat limine regni
 Ore vigil cura, & digito dat signa tacendi.
 Ergo illuc sumpto properat Cyllenius hydro,
 Atq; Iouis mandata refert, properandaq; poscit
 Fata ducis, contra cui sic soror vna profatur.
 Atlantis proles, & Diuum nuntius arcas,
 Fata suo stant firma loco, sua quemq; moratur
 Certa dies, nulliq; datur mutabilis hora.
 Sed tamen omnipotens, cum Iuppiter omnia solus
 Et regat, & videat, sua iussa capeffere fas est.
 Dixit, & officio indulgens mouet ore supræmum
 Carmen, funereis deuoluens stamina fufis.

At Lusitano diffunditur oceano nox
 Interea, densatq; vmbriis humentibus orbem.
 Ecce autem pestis monitu Iouis extulit imo
 Pallentes Erebo vultus, cui mortis imago
 Fit comes, & macies, noctiq; simillimus atræ
 Ferreus est olli somnus, luctusq;, pauorq;.
 Fatalesq; ardent morbi, poenæq; sequaces

LIBER DECIMVS.

Ipsa cruentata præcingens tempora vitta
 Terribili squallore, oculisque vndantibus horrens
 Phalgraphidæ herois sedes, atque atria lustrat,
 Vt passim dîri feralia femina morbi
 Sparsit, & inferna confecit tabe penates,
 Ad Manes rediit, vultusque recondidit vmbriis.

Protinus vt dîra est contactus peste Robertus
 Excutitur somno, quis enim tremor occupat artus?
 Inquit, & infando trepidant quo membra dolore?
 Quo vires abiere meæ: fatum ne paratis
 Crudeles parca: nequicquæ terreor ipsa
 Lege obitus, cunctis quæ se mortalibus offert.
 Culpo locum, turpique adimi mihi sine labores,
 Indignorque thoro, saltem inter Martis alumnos
 Effudissem animam, non vltima fata dolerem.
 Cur, testor Diuos, & conscia numina nostræ
 Mortis, & humiuago labentia sidera cursu
 Hoc merui: dixit, conatus tollere corpus
 Deficit, atque animam peste eluctante fatigat.
 Non aliter Pharia percussus arundine serpens
 Torquetur, spirisque ingentibus aspera pulsat
 Saxa, & lætiferum diffundit ab ore venenum.
 Vt vires periere, iacet, vixque arripit auram,
 Et vomit acceptam, caudaque inflectitur ima.
 At patris ætherei iussu Cyllenius ales
 Descendit, virgamque gerens qua tristitia pandit
 Tartara, pallentesque animas, Manesque profundos
 Euocat, hac iterum defunctos destinat Orco.
 Næc mora luctantemque obitum, vitamque resoluit
 Aliger attactu virgæ, spirabilis aura

A VSTRIADOS

Effugit ad superos, venienti cornua pandit,
 Ingentemq; sinum laxat titania Phœbe.
 Hic, vbi terrestres animæ, quas ferrea virtus
 Et labor, & pietas, & rerum victa cupido
 Extulit ad cœlum, ventura in sæcula viuunt,
 Protinus attonitas inuasit coniugis aures,
 Quæ vigilans longâ famula cum cælide noctem,
 Depingebat acu chlamydem, circumq; retortî
 Cornua Danubiî contexere cœperat auro.
 Fama mali, ruit exanimis, ferturq; per alta
 Atria Bacchantum similis, fœdatq; cruenta
 Ora manu, laceratq; suos miseranda capillos,
 Utq; virum aspexit, nequicq; conscia fati
 Proruit, exanimescq; amens amplectitur artus,
 Pallenti tales erumpens ore querelas.

Me miseram Vigilone? an mortē coniugis orba
 Somnio? si viuis responde, veh mihi, non plus
 Cor salit, heu nullus sentitur spiritus oris,
 Men linquis? saltem vita o mihi charior ipsa,
 Hausissem extremos animæ fugientis hiatus,
 Quo mea spes abiit: belloq; exercita virtus
 Quam totiens laudauî, animiq; nec indiga vixi?
 Nunc quid agam infœlix, hostilibus ambior armis
 Fœmina nun raptis ducar captiua triumphis?
 Vel circum aspiciam turmas, lateq; furentes
 Cæsareas acies quas tu terere ante solebas?
 Quid loquor o demens, funesto nectite collo
 Vincula vos famuli, aut corpus fluuijalibus vndis
 Mergite, & inuisis animam diuellite terris.
 O nimium fœlix si connubialia sacra

LIBER DECIMVS

Dij nunq̄ tali pepigissent nostra marito.
 Nunc morere hæc summa est, thalami fata inuida n̄ri
 Annuite optatis, & me quoq̄ mittite ad vmbas.
 Sic effata, animi, fletusq̄ dolore fit impos,
 Incumbensq̄ super lachrymis rigat ora supræmis.
 Dij votum hauserunt superi, vocemq̄ præcantis,
 Nam subito, infandum visu, ac mirabile monstrum
 Apparet, nulloq̄ olim delebile in æuo,
 Inficitur misera, & morbo consumitur illo
 Vociferans, trepidant famulæ, collapsaq̄ membra
 Suscipiunt, altasq̄ replent clamoribus aulas.
 Illa & adhuc tollens oculos in morte grauatos,
 Natum frigidulo singultus ore cientem,
 Extrema vt vidit moriens ita voce locuta est.
 Chara mei soboles, & patris dulcis imago,
 Viue precor, patremq̄ refer virtute, vel armis.
 Eripior tibi nate Deis, sic fata querentem
 Deserit, atq̄ imos visit sub tartara Manes.
 Aureus interea puer exitiale venenum
 Ebibit, atq̄ vna miserorum fata parentum
 Subsequitur comes, haud aliter Phithiotica tempe
 Amittunt flores, scindit quos falce canori
 Accola Penæi, botrosve per ardua treuir
 Immîtes, placidi iuga debacchata Mosellæ.
 Iamq̄ dies splendere polo, terrisq̄ micante
 Fulxerat oceano vultu Titonia coniux.
 Exoritur plangorq̄ virum, stridorq̄ per auras
 Immensus, totamq̄ furit lymphata per urbem
 Consternata cohors, & lamentabile vulgus.
 It fama interea chari genitoris ad aures.

Ordo mu-
 tatur. prius
 enim filius
 obiit, q̄ ma-
 ter.

AVSTRIADOS

Qui postq̄ infandam mortem, casusq̄ suorum
 Agnouit, ruit impatiens, vt corpora vidit,
 Auersi fugere oculi, rursusq̄ reflexit
 Inuitos pietas, vocem dolor hauserat ingens,
 Sed tacite natum vocat ah crudumq̄ nepotis
 Prosequitur fatum lachrymis, atq̄ aurea quondam
 Aspicit ora nurus, & visis in dolet illis.
 Qui tandem euicto soluit sic ora dolore.
 Quæ Diuū inuidia: aut quis te mihi casus ademit
 Plus oculis dilecte meis: hi Martis honores:
 Hoc superare hostes: atq̄ exoptare triumphos:
 Certe nate parum de te cœlestibus vllis
 Debeo, nec solum infœlix fata impia culpo,
 Atq̄ tua nec morte queror, sed q̄ mihi vita
 Iam superest, flendiq̄ miser præseruor in vsus.
 Q̄ verum heu nobis nutrix longæua profata est,
 Nunc recolo responsa Deum, dirasq̄ volucres,
 Squamigerosq̄ angues, en Dorica sacra prophanis
 Intentata viris, en tracti ad sydera Manes
 At solus ne tu superas veherere per auras
 Vxor adest, fatiq̄ comes, ceu iuncta marito.
 Dum viuebat erat, sic vltima fata secuta est.
 Coniugis o pietas, sed quæ fors impia læto
 Te meruit miserande puer: q̄ vera parentis
 Effigies, animiq̄ vigor, quantumq̄ futuro
 Præsidium regno, & nobis lux abstulit atra.
 Nunc postq̄ superis sic visum, pergite ad astra
 Fœltes animæ, vosq̄ istis soluite curis,
 Aeternumq̄ valete inquit, sic fatus, obortis
 Os implet lachrymis, simul & flet cætera pubes.

Intere
 Byspor
 Erexq
 Et te s
 Enfo
 Ned
 Frig
 Corne
 Auola
 Hinc
 Inspec
 Colla
 Circu
 Arm
 At
 Off
 D
 Cum
 Haud
 Boier
 Misc
 Seru
 Prot
 Et T
 Seligi
 Dues
 Trau
 Altag
 Atq
 Belgar

LIBER DECIMVS

Interea Argæus, nec non fortissimus vna
 Byspeiches prisco ingentem de more sub auras
 Erexere pyram, deploratasq; cupressus
 Et tedas adolent pingues, stant desuper arma,
 Ensesq; clypei, & raptæ in bella secures.
 Nec non & famuli latices, & athena ministrant,
 Frigentesq; lauant artus, & membra perungunt,
 Componuntq; alto defleta cadauera busto,
 Auerfis lentum subdentes vultibus ignem.
 Hinc Scenitæi redolentes thuris aceruos
 Inspergunt, ignis fuso madet ater oliuo,
 Collapsiq; ruunt cineres, ter more parentum
 Circueunt equites flammæ, peditesq; vicissim
 Armati, ter voce vmbra, Manesq; salutant.
 At Pheneus furua præcinctus tempora vitta
 Ossa legit, cineresq; cado componit eburno.
 Dumq; ea perficiunt, supræmaq; funera condunt,
 Cum rex Hælfaciæ rediisset victor ab oris,
 Haud poterat patrias sic ferre impune feroces
 Boiemos populare plagas, totumq; sub armis
 Misceri littus, populosq; indigna ferentes
 Seruitia, & diris obnoxia regna rapinis.
 Protinus Aenani deductum a pontibus agmen,
 Et Tyroli pubem, Thauriscæosq; maniplos
 Seligit, atq; equites regum, quos Austria terris
 Diues alit, supraq; Anasus quot & alluit infra
 Traustana æthereo qua surgit vertice rupes,
 Altaq; piniferum caput inter nubila condit.
 Atq; Argentorato florentes vrbe cateruas,
 Belgarumq; globos, quos struxit in agmina Treuir

AVSTRIADOS

Nec non Vangiones, & duros Marte Nemetas
 Apparat, & tanto trepidat Germania bello
 Conciat & populos, cunctasq; in praelia gentes
 Sollicitat, vitrei verrunt hi lintribus vndas
 Pegnitij, & Vindæ miles iam linquit arenas,
 Hercyniæq; acris Sueuus genialibus vmbri
 Discedens in bella ruit, plenæq; pharetra
 Gestantur, taxiq; leues flectuntur in arcus.

Parte alia ad pugnâ iunctis struit agmina Carris
 Gens incerta Dei, & cultu tollenda prophano,
 Pars contis armare manus, pars stipite nigro
 Horrendum stridet, passim nemus omne remugit,
 Hij gestant ventura rudes in bella Dolones,
 Nonnulli ingentis decocto tergo tauri
 Prætexunt capita, & pugnantum more ferarum,
 Expectant auidi Martem, laudiq; refertur
 Velle mori, fatocq; illis occumbere campis.
 Interea Austriades, velox allabitur oris
 Regini, atq; vndas trans prouehit agmina Rhesi
 Danubium iuxta locus est, non vitibus vber,
 Non cerere, & raro profcissa est vomere tellus,
 Sed nemorum ingentes vmbas, Phœboq; sacratas
 Accipimus, solisq; etiam nun numina sylua
 Seruat opaca ingens, primo mons ipse supinat
 Paulatim sese, summoq; in vertice lata est
 Planicies, vastumq; æquor, contra algidus Ister,
 Laxaturq; vagans, & campo victor aperto
 Ceu tepidis fluit Indus aquis, & forsitan atro
 Inpulsus cauro maiores concipit vndas.
 Et septem Scythico maior vomit ostia Ponto.

Hic fu
 Huc
 Inter
 Etia
 Indu
 Tur
 Ob
 Ma
 Com
 Nul
 Pro
 Inge
 Infa
 Dec
 No
 Ha
 Fœ
 Aen
 Rep
 Exe
 Ve
 Pet
 Re
 Vic
 Scip
 Olin
 Sic
 Qu
 Reg
 Sen

LIBER DECIMVS

Hic sua Martigenæ posuerunt castra Boemi,
 Huic cursu tenuit Cæsar, paruoq; diremptus
 Interuallo, alti fixit munimina valli.
 Et iam tempus erat, quo se Bellona furore
 Induit, & signo feralia nuntiat arma
 Tunc Cæsar, magni proceres, sociiq; laborum,
 Obtulit alma dies, tempusq; optabile nobis
 Marte nefandum inquit, terris inuadere monstrū.
 Contemptor Diuum, contra iam miles in arma,
 Nulla habita ratione furit, totamq; rapinis
 Producit vitam, nostrisq; a finibus hostis
 Ingentes abigit prædas, quid diruta castra,
 Infanda sq; loquar cædes: ritusq; ferarum:
 Dedecus o nostri generis, quo prisca virorum
 Nobilitas abiit: nunquid patiemur inulti
 Hanc passim labem nostros errare per agros:
 Foelices vmbrae, atq; olim memoranda vetustas
 Aeneadū, a patriis quæ non modo mœnibus hostes
 Reppulit externos, verum & qua lumina Titan
 Exerit, Herculeasq; videt per cærula gades,
 Vel qua Rypheus piceis circumuolat alis
 Per Scythiam Boreas, vel qua Nabathæa pererrat
 Regna, & Erythræis stridens furit Auster in vndis.
 Victrix Roma fuit, testes duo fulmina belli
 Scipiadae, & Bæthis domitus, frenataq; Nili
 Ostia foetiferi, & naualia bella per vndas
 Sicaniæ, pulsumq; alnis stridentibus æquor.
 Quid memorem Parthum, Syriosq; & olentia late
 Regna Sabæ, & pontem indignatū littus Araxis:
 Sensere Autotoles, & adusto corpore Mazax.

Primū bel-
 lum puni-
 cum notat.

V

AVSTRIADOS

Romuleas in bella manus, Solisq; Syene
 Expers umbrarum medio cum Delphica lampas
 Ducit iter caelo, nec plusve, minusve recedit
 Acceditq; polos, sed partes nixus in aequas
 Undiq; per terras spargit sua lumina Titan.
 Solum Germani, gelidæ quas cernitis alpes
 Retæos domuere duces, Latiosq; triumphos
 Victrici pressere manu, quid Bactera dicam
 Regna, & marmoreis qua fertur Amysius undis,
 Hic olim (fama est) tentantem praelia Drusum
 Exhalasse animam fato, quota sed tamen illo?
 Pars nostri domita est regni: quid gesta perempte
 Nunc tua seruili memorem: & te maxime gentis
 Cassi Romulidum: quid Mallia funera, & ipsam
 Carbonis, Scauricq; necem, preh dedecus ingens.
 Ergo ne de nostra dubitemus pellere terra
 Hoc genus infidum: pugnaq; laceffere victa
 Agmina: quæ nullos norunt certaminis vsus.
 Sed qua se effudit bellandi in frena cupido
 Prorumpunt, hostemq; vocant de more ferarum.
 At vos o proceres quibus experientia Martis
 Summa viget dextris, animisq; volentibus hostem
 Elicite ad pugnam, non tantum copia vulgi
 In mediis quantum virtus exquiritur armis.
 Si nobis tanti dabitur victoria belli,
 Vestra erit hæc laus, atq; ego tantum nomine Cæsar
 Dicar, & in regni contentus parte quiescam.
 Sin secus Arctoïs pulsî de sedibus, omnes
 Externam quæretis opem, iam pellite curas.
 Non bello ad Tanain, vltraq; Borystenis undam

Drusi histo-
 riam disti-
 mulat.

Romani a
 Germanis
 deuicti.

Perg. ze au
 Non: ov pe
 Assy: s
 Sur: ra
 Lam: c
 Quo: is t
 Geu: s, &
 Dia: at c
 Or: Lan
 Mi: qui
 Cor: es, a
 Quo: nq; f
 Siu: coas
 Foel: Ara
 Per: nens
 Seb: Reg
 Tur: rum
 Egr: futu
 Qu: larte
 Dix: erea t
 Per: armari
 Ne: concu
 Ad: am, atq;
 It: Cæsar
 Fort: te alios
 Præ: Peron
 Aur: as Oct
 Inge: artus, &
 Tho: ifono,
 Indu: scaput

LIBER DECIMVS

Pergitis, aut calidum mundi transcenditis axem,
 Non vos per Colchos, per vasta silentia duco
 Assyriæ, aut Baccho sacri per culmina Nyfæ.
 Sunt vestræ, sunt bella domi, succurrite fracto
 Iam regno, dextrosq; vocate in prælia Diuos.
 Qui nobis toties super his responsa dedere
 Gentibus, & pactos in nos vertere triumphos.
 Dixerat, at contra sic claro a sanguine cretus
 Orditur Langus, non hæc mihi tempora Cæsar
 Multa loqui suadent, factum est opus, omnia tecum
 Corda tenes, auidasq; vides ad prælia mentes.
 Quo te cumq; feret fortuna Deusq; sequemur.
 Siue per Eoas gentes, Hyrcanaq; regna,
 Fœlicesq; Arabas, vetitumve ab origine Nilum
 Pergere mens fuerit, ne dum tibi Norica tellus
 Seruiat, & regni contentus parte quiescas.
 Tu modo rumpe moras, erimus nisi fallor in armis
 Egregij, actutumq; sciet Boiémica turba
 Quantū Marte truci, & dextris in bella valemus.
 Dixerat, interea torto Corybantius ære
 Personat, armariq; acies iubet ocyus omnes
 Nec mora concursum castris, trepidantq; cohortes
 Ad pugnam, atq; ardens certandi cuiq; cupido est.
 Interea Cæsar fulgentibus emicat armis
 Fortior ante alios, nec non sibi protinus æreo
 Præmunit Perone pedes, & more vetusto
 Auratis furas Ocreis affibulat altas,
 Ingentesq; artus, & viuida pectora munit
 Thorace ærisono, & chalybum septemplíce crusta
 Induit arma, caput textura contegit aurea.

AVSTRIADOS

Postmodo vulnificum circum latus alligat enssem
 Formatum styriis incudibus, vnde magistri
 Bello aptum effigiant chalybem, duroq; metallo
 Arma parant, qua se diffundit corniger vndis
 Mura, & Leumæam cursu prope labitur urbem.
 Illic fama refert, & littoris incola diues
 Monte sub acrio, vnde est nomen ferreus olli,
 Innasci ferrum, quo nunc genus omne Scytharum
 Armatur, nostrisq; petit regna extera telis
 Pro scelus, ij sylvas, Ryp hæaq; saxa colebant,
 Præformidantes rudibus contendere truncis
 Expertes populi Martis, nomenq; pauebant
 Europæ, at postq; diras accessimus oras
 Spe lucri, atq; ignota illis portauimus arma
 Finitimas terras populari, atq; extera regna
 Cepere armati, iam Chersonneson ab arcto
 Impellit Diana suam, iamq; agmina fundit
 Panticipes, Tanaimq; bibentes vidimus alas.
 Interea croceas diffuderat orbe quadrigas
 Sol oriens, roseaq; polo ceruice micabat.
 Tunc Cæsar lectos equites, fortissima quæq;
 Pectora partitur, primasq; in bella phalanges
 Disponit, dextrumq; illis defendere cornu
 Præcipit, & sociis aciem fulcire cateruis
 In læuo totidem, frontem pilata tuetur
 Militiæ pubes, scutatorumq; cohortes
 Sunt acie in media, & pugna robustior ætas.
 Rorarij ante alios thaurisci clara iuuentus
 Tortilibus fundis, atq; arcu, vt miles in oris
 Certat Achemeniis, perguntq; in bella Cydones.

At p
 Muny
 Instru
 Post F
 Colla
 Defe
 Rug
 Pon
 Flec
 Qu
 Arm
 Etra
 Ille, y
 Hau
 Nec
 Zola
 Teta
 Sed
 Lang
 Conf
 Cæla
 Nou
 Phil
 Dar
 Tili
 Phal
 Cæto
 Agn
 Sug
 Bell

LIBER DECIMVS

At primū Albertus quā duxerat arce potentem
 Munychia ad pugnā peditumq̃, equitūq̃ phalangem
 Instruit, & lateri frater Volphangus inhæret,
 Post Brunsvychides duros saxonas in armis
 Collaudat, læuacq̃ locans in parte sinistros
 Defendit motus, sed te quis Marte relinquat
 Rughorū princeps tacitum? & te nomine fraudet?
 Pone arcum insignis facie Casymirus eburnum
 Flectit, Ithyraïs committens bella sagittis.
 Qualis mortifero terræ omniparentis alumnum
 Armatus iaculis Titan Pythona peremit,
 Et radiis purgavit humum, micat æquore talis
 Ille, volatq̃, & equo sublato puluere campum,
 Haurit, & in Gyros sternacem contrahit arctos.
 Nec minor Vlrycus, sequitur Monfortia proles,
 Zolrensisq̃ ferox, solisq̃ ex arce profectus
 Tela quatit, princepsq̃ sub armis feruet Onalthi.
 Sed longe ante alios animosior emicat omnes
 Langus, auctq̃ manus inter discrimina Martis
 Conferere hostiles, sequitur vestigia magni
 Cæsaris, & docti subit æmulus acta magistri.
 Non secus Aemoniis medico puer hæsit in antris
 Phillyridæ, aut canum Phoenicē ad pergama Troiæ
 Dardania in magna victor dilexit Achilles.
 Tisiphone interea quondam Lymphata per vrbes
 Phalsgraphidū heroum, rursus deuecta per auras
 Castra Boemorum subiit, totisq̃ vagata
 Agminibus, mentes acuit, dirumq̃ furoremq̃
 Suggestit, atq̃ animos stygialibus horrida flammis
 Bellandi inuadit, tunc omnes arma capessunt,

V iij

AVSTRIADOS

Quadriugesq; aptant currus, & spicula vibrant,
 Pars teretes contos, vulvasq; e montibus Ornos
 Exacuunt, vastisq; replent clamoribus auras.
 Gens in Marte ferox, alij spirantia laxant
 Frena, & cornipedes tortis calcaribus vrgent.
 Fustibalos torquent alij, Balearica tela
 Ardent ij laras saxis intexere fundas,
 Hos inter pergebat ouans pulcherrima Pantho,
 Mille agit hæc Nymphas, pharetrasq;, sonantiaq; arma
 Quaq; gerit, colloq; arcum suspendit eburno
 Ipsa, at nunc celeres impellit in arma quadrigas,
 Nunc loro compescit equos, micat aureus olli
 Cassis, Carbaseaq; nitent in corpore vestes.
 Qualis sese offert iuxta vada Thermodontis
 Hyppolyte, curruq; leui transuecta per æquor,
 Crudam falcatis propellit Amazona peltis.
 Aut cum magna choro Corybantum septa Cybelle
 Impellit fuluos per Dyndima sacra Leones.
 Talis erat Pantho, talis sese ore ferebat.
 Iam clarus medio splendebat Phœbus olympo,
 Cum paruo inter se spatio, campoq; diremptum
 Agmen, vtruncq; vocat pugnam, pariterq; minaci
 Ore fremunt, primoq; leui fortuna sub ictu
 Tentatur, pariliq; agitur discrimine bellum.
 Ut data liberior pugnandi copia, magno
 Cum stridore volant, ineuntq; nec ordine Martem
 Hostiles turmae, resonat nemus omne fragore.
 Austriadæ contra, donec Mauortius ardor
 Fulmina bellandi, rabiemq; accenderet ære,
 Pugnabant taciti, & tempus clamoribus aptant.

At Cæf
 Ire glob
 Vrget
 Aere
 Dant
 Danul
 Quæc
 Mota
 Tellus
 Saxa
 Textur
 Ante oc
 Vndiq
 Certab
 Impell
 Ad
 Sangu
 Diuam
 Magnan
 Fudera
 Prabu
 Et iam
 Namq
 Incaute
 Præcipit
 Prima
 Creuer
 Vincen
 Nam ra
 Phœbus

LIBER DECIMVS

At Cæsar postq̃ palantibus agmina vidit
 Ire globis, pugnamq̃ acrem deposcere gentem,
 Urget in arma viros, tunc omnis sylua remugit
 Aere cauo, Hercyniis elisq̃ tympana truncis
 Dant sonitum, fragor ad conuexa irrumpit olympi,
 Danubij fugere Dei, tremuere sub vndis,
 Quæq̃ colunt ripas piscosi numina Rhesi.
 Mota tremit clamore virum, quatiturq̃ sub imo
 Tellus, irarumq̃ omnes soluuntur habenæ.
 Saxa volant, circum coniectis glandibus aer
 Texitur, obnubunt cœlestia templa sagittæ,
 Ante oculos, medioq̃ ensis micat æthere flammis,
 Vndiq̃ mortis amor, paribusq̃ per arma ruebant
 Certabantq̃ odiis, furor hos, hos gloria Martis
 Impellunt, suadentq̃ illis occumbere campis.
 Adsis o Erato, & pugnarum exordia pande,
 Sanguineasq̃ acies, atq̃ horrida bella canentem
 Diua mone, dextraq̃ potens, quos miserit Orco
 Magnanimus Cæsar, iam se Bellona flagello
 Fuderat in cuneos, animisq̃ illapsa furorem
 Præbuerat, totumq̃ ferox transcurrerat æquor.
 Et iam victori fortuna arriserat hosti,
 Namq̃ vbi Francorū fudit se equitatus, in hostem
 Incaute premitur, tormentaq̃ rapta, fugæq̃
 Præcipientes iam terga dabant, fusiq̃ repente
 Prima sub auspiciis inierunt bella sinisteris.
 Creuerat hinc trucibus violentior ira Boemis
 Vincendi, siquidem Titan, ventiq̃ fauebant,
 Nam radios etiam aduerso vibrabat olympo
 Phœbus in Austriadas, oculosq̃, aciemq̃ retusam

AVSTRIADOS

Distringens, cæci in pugnam, cædemq; ruebant,
 Nec non obductus ventis perflantibus aer
 Puluere, bellantum feriebat turbidus ora
 Cornipedem tunc Cæsar agens, calcaribus aureis,
 Impetit ardentem acies, ac dissipat ense
 Agmina, & obliquas quas struxerat inde cohortes
 Imperat acciri, lateriq; accendere pugnam.
 Ipse volans, passimq; furens, qua plurima contra
 Arma videt, dispalat iter, primoq; Melargum
 Enecat, & putri moribundum sternit arena.
 Inde Lycum, Praghæq; simul plorantis alumnum
 Dorchantem, Lacidemq; Syrin, magnūq; Lyceten
 Fundit humi, tectum raptorum pelle luporum.
 Nec te crudeli potuit tua Mythra Thearce
 Eximere a fato, transsossus pectora telo
 Ipse cadaveribus super, & super obruta anhelans
 Corpora, semianimis proprium bibis ore cruorem.
 Non aliter Cæsar medio furit agmine victor,
 Q; si Peliaco saturos in monte bimembres
 Nylæumq; Pholumq;, & vulsas Monyon ornos
 Iactantem, Alcides dextra detruderet umbris.
 Vel cum terrigenas flammis Saturnius atris
 Inuasit, summoq; exhorruit ægide cœlo,
 Rumpens Bistonios rapido cum fulmine montes.
 Parte alia insultans, pronusq; in vulnera saxo
 It Brunsvichides, tectusq; umbone furebat
 Leuorsum, fortesq; animas mergebat auerno.
 Quē procul Eudæmon spectans amentat habenis,
 Infoelix iaculum, & tenso pede torquet in illum
 Peruolat (infandum dictu) lapsusq; per auras

LIBER DECIMVS

Inuadit lætale femur, tegmenq; orichalco
 Subtextum frangit, nulla huic mora profuit ærea,
 Defluit extemplo sanguis, Phaleraq; cruento
 Imbre madent, tunc ille velut Gangetica tygris,
 Pæoniusve Monops, & Iazica perfurit alcis,
 In medios agitur cuneos, tristemq; requirit
 Eudamonta, nec exertantem pelle sagittam
 Dimittit, sed vulnifica post terga ruebat
 Hasta, clamantemq; ferit, populataq; cuspis
 Ingentes artus, animam diuellit ab aura.

Ecce autem Langus geminis comitatus Aretis
 Aggreditur pugnam Caspem, Tmolumq;, Zoanq;
 Et Lyfium vasta perimit Calcanta securi.
 Venerat hic bello comes infoelicis Adauni.
 Qui dum Danubium (residens in puppe) fluentem
 Despiciat, excutitur, mediisque inuoluitur vndis,
 Auxilio princeps Lysias, qui in bella Lysitas
 Duxerat, vnde suum retinet nunc Slesia nomen.
 Interea Pantho Nympharum vndante caterua
 Effurit in partes varias, & Iazice curru
 Torquet anhelantes inter fera tela iugales,
 Saxonum inuasura manum, non pertulit illam
 Per medias ardentem acies, cædemq; parantem
 Ense minax Casymirus erat qui tegmine cinctus
 Ibridos, & pellem nodo distrinxerat aureo,
 Sed longe exclamans ite o genus, ite fugaces
 Sectatum per lustra feras, montesq; per altos
 Hercyniæ, & tímidos scopulis depellite Damas.
 Non vestrum est hæc arma pati, sic fatus, in agmen
 Defertur medium, & vasto quatit impete turmas.

X

AVSTRIADOS

Contra aderat Pantho, celeriq; inuectia Couino
 Prouocat ad pugnam, subit ardor vtrunq;, furorq;
 Certandi ancisam heros ensis turbine Peltam
 Rescindit, ferriq; ruunt septem plicis orbes,
 Frangitur & chalybis duri mora, vulsa per æquor
 Flamma fluit, largoque madet iam sanguine pectus.

Tunc illa haud aliter q̄ cum Libs horruit hydra,
 Quam numida obliquo perstringit vulnere velox,
 Lustrat cuncta oculis, solum in certamina poscens
 Vulneris autorem, sed dum mouet ægra securim
 Vis abit, & fractæ languescunt corpore vires,
 Et consternatis mœret resupina quadrigis.
 Iamq; aderat victor, teloque micabat hiuko.
 Quem contra, o iuuenis, quo non præstantior alter
 In terris, miserere precor, sum scœmina Pantho,
 Paruaq; de nostra dabitur tibi gloria morte,
 Per Genium nunc oro tuum, per candida colla
 Quæ præfers æquanda Deis, oculosq; micantes
 Sydera bina poli, moribundam te rogo ne plus
 Hauri animam, victam fateor, videre precantem
 Ista tui, & coram duplices me tendere palmas,
 Dixerat, ille suos acer toruusq; volutans
 Hinc atq; inde oculos, dubius stetit, effera tandem
 Corda domat, vicique feram clementia mentem,
 Hostis eras inquit, tu nunc contra accipe vitam,
 Et quod poscis, habe, vitas auraq; fruare.
 Nam tua mēbra magis Venerem q̄ classica Martis
 Signa decent, sed tu magni fuge Cæsaris arma.
 Dixit, & exanimem Nymphæ turbam inter & enses
 Suscipiunt, verbisque fouent, & vulnera curant.

LIBER DECIMVS

Interea Cæsar denso furit agmine, & vna
 Albertus, coguntq; feros dare terga Boemos.
 At fati contemptor Atax, & fortis Hiarbas,
 Imberbisq; Phineus, & torto crine Pheretes
 Vno Marte ruunt, vnoq; furore cateruas
 Ausriadæ frangunt, densis ceu fluctibus Oxus
 Hyrcanos populatur agros, spumantiaq; vrget
 Littora, & vndifono diuerberat æquora cornu.
 Tunc metuens Cæsar ne frons, aciesq; labaret
 Prima, iubet pugnae totum succedere robur.
 Ipse volat, scinditq; globos, obiectaq; pila
 Discutit, & primo iaculum qui torserat ingens
 Alcathoum inuadit, ferrum latus haurit apertum
 Exanimi, inde ingens cæforum increfcit aceruus,
 Nam Pallas, Pylleusq; ferox, & fortis Agontes,
 Atq; miser Rhodamas, deplorandusq; Phileuros
 Purpuream vomuere animam, iam tristis vtrinq;
 Exoritur cædes, viui inter busta peribant
 Demersi, atq; equitis lapsas terit vngula parmas.
 Scutaq; sanguineosq; enses, gemmataq; frena
 Et sonat æripedum tellus frontalibus aureis.

Sic passim Cæsar telum fatale coruscans,
 Prænestem, flauumq; Gelon, natumq; Casurgi
 Sternit Aglaurontem, clamat resupinus arena
 Infelix Laomes, cadit Argiletus equorum
 Prædomitor, magnusq; Lepas, augurq; Phidenus
 Doctus noscere aues, nec non responsa Deorum,
 Et captum lituo signare per aera templum.
 Iamq; erat ad clypeos Cæsar, iunctasq; quadrigas
 Castra quibus munire solent, & ponere vallum.

AVSTRIADOS

Ergo illuc metuens campo decernere aperto
 Ulterius se hostis, trepidumq; receperat agmen
 Cum delapsa polo roseis circumdata nymbis
 Pallas sollicitas voluens sub pectore curas,
 Tethyos oceanum petiit regna alta profundæ,
 Illo forte die Venedum per littora magnus
 Oceanus pater, & Nymphæ Oceanitides omnes
 Et quas auricoma produxit Doride Nereus,
 Protoq; Eucrateq; Saocq; & Lysianassa,
 Pasithea, atq; Erato, & roseis optabilis vlnis
 Eunice, Dotoq; soror, formosaq; risu
 Glauconomeq; Thetis, Thaliaq; amabilis, huic se
 Splendidaq; Eulimene, & Melite iunxere sorores
 Ambæ æuo similes, ambæ squalentibus ibant
 Vestibus incinctæ, & splendorem a vertice vibrant,
 Has pone insequitur natarum cætera pubes.
 Nec non puniceos stringens sibi Glaucus amictus
 Affuit, & Syrenes, Leucotidesq; Palæmon,
 Et Triton curua vectus super æquora concha.
 Vixq; alta æquorei replere sedilia saxi,
 Cum metuens summo properans Tritonia cælo,
 Ingreditur Pontum, venienti protinus vnda
 Scissa locum dedit, & medium via secta per æquor.
 Ut Dea marmoreamq; domû, & pendentia vidit
 Tecta sub æquoribus, mirata est regna profundæ
 Tethyos, & magni solio præferre tonantis
 Haud dubitat, strepitusq; pauet, quis flumina longe
 Diversis deuecta locis maria omnia miscent,
 Et subter tacitas cursu labentia terras
 Aeternos seruant fluctus, quæ maximus inter

Rhen
 Occi
 Hinc
 Cui
 Albi
 Osti
 Veti
 Vlt
 Del
 Div
 Olli
 Tv
 Nurs
 Devo
 Rex
 Cup
 Cre
 Dire
 Infan
 Om
 Me
 Sed
 Cui
 (Qu
 Imp
 Vnd
 Dor
 Adh
 Qua
 Qua

LIBER DECIMVS

Rhenus, qui geminis pulsaret cornibus æquor,
 Occiduum exciperet Mosæ nisi ripa Vahalam
 Hinc Vidri spectabat aquas, & flumen Amusi,
 Cuius per Vitreas Bussactor nauigat vndas,
 Albinq;, & Clausum Viadumq;, & magna Sueui
 Ostia, & ingenti Vistulam irrumperere fluctu.
 Vt fuit in thalamum Reginae, atq; humida tecta
 Vltrogressa, Deæ nota est venientis imago.
 Desiluere loco Nymphæ Amphitritides almam
 Diuam excepturæ, dextraq; sit obuia Ponti
 Olli, atq; in solio secum Dea iungit honoro.

Alibi Amy
 sium scribit

Tunc Pallas, Regina vndarum, atq; æquoris alti
 Numen ab æthereo proles Iouis, huc ego cœlo
 Deuenio supplex, nymborum exposcere vires.
 Rex etenim victor faustis Leonorius armis
 Cuncta quatit, raptosq; mihi iam gaudet honore.
 Credo etenim, si alias Venedi per littoris vndam
 Direxistis iter, vestras pulsauerit aures
 Infandum hoc bellum, duræq; exordia pugnae,
 Omnia tentavi, ne sic impune dolorem
 Ille meum hauriret, & temneret arma Deorum.
 Sed missa hæc facio, veteres namq; obruit iras
 Cura recens, furit Austriades, instatq; Boemis
 (Qui ducunt chari genus alto a sanguine Othonis)
 Impius, & miseros infanda strage fatigat.
 Vnde iter huc cœlo diuertimus, & tua solum
 Dori mihi seruata fides, modo tu Dea Ponti
 Adsis, & præstes tanta ad molimina vires.
 Quare age Diua precor, collectas vndiq; nubes,
 Quas ego compellam vestrum descēdere in æquor

AVSTRIADOS

Imbue aquis, tantum neu Martia Cæsaris hasta
 Sæuiat, & duro contundat Marte Boemos,
 Descendant pluuia, & tonitru cœlũ omne reclamet
 Cogaturq; ferox media decedere pugna.
 Dixerat, at contra Doris sic alma locuta est,
 Quodcunq; est pelagi proles miranda tonantis,
 Quod capiunt hæc littora aquas, ad nubila transfer
 Annuo, nec mi vnq; tua dicta refellere fas est.
 Hoc regnum commune tibi, & debere fatemur,
 Quæ prius in nostrum diresti lintea regnum,
 Atq; per insolitum Pagasis mirantibus æquor,
 Numine cum ratis acta tuo est, & fortis Iason
 Rettulit Aemonia pellem Creteida puppe.
 Iamq; maris noscuntur opes, nautasq; pauentes
 Numina damnamus votis cum supplice dextra
 Fluctibus in mediis, & tempestate vocamur.
 Quare pro meritis, neq; enim pensabimus illa,
 Exequar hæc, & me nihil experiere negantem.
 His spumans dictis aurum libauit, & olli
 Grandia Menapij porrexit pocula Zyti.
 At Dea sublimis gradiens, & vasta frementum
 Vndarum exuperans, vbi sese Delia nunq;
 Deflectit lampas, fertur cita, Cimmeriamq;
 Inuisit gentem, atq; altos caligine montes
 Perpetua & densa regna exhorrentia nocte.
 Secũ etenim altitonans prolem Thaumãtida Iuno
 Miserat, & sedem concesserat aere nymbis.
 Illinc collectas altum, per inania nubes
 Contrahit, & Codani luctantibus impulit vndis.
 Doridos extemplo iussu complentur aquarum

Moli
 Exp
 Inte
 Lan
 Ingr
 Curi
 Del
 Et
 De
 Obs
 Et
 Tem
 Cun
 Et
 De
 At
 Prom
 Atp
 Conf
 Diff
 Cos
 Lin
 Fle
 Ia
 Surg
 Del
 Sica
 Vort
 Crat
 Ilac

LIBER DECIMVS

Molibus, & raptos per cœlum nubila fluctus
 Exportant, nigroq; poli clauduntur amictu.
 Interea ad currus Cæsar furit, & latus ambit
 Langus, nec mediis Federicus segnior armis
 Ingruit, & sæuo contundit Marte Boemos.
 Cum subito vastæ pressis ex nubibus vndæ
 Desiluere, rubentq; poli perflantibus Austris,
 Et tonitru quassatur humus, ruit amnis ab alto
 Densus, & exortæ rapiunt conuexa tenebræ.
 Obscuraq; cadit commistus grandine nymbus,
 Et piceo perit imbre dies, sic Pyrrha nigrantem
 Tempestate polum Parnasi a vertice vidit,
 Cum genus omne hominū periit, volucresq; feræq;
 Et noua proiectis reparauit semina saxis
 Deucalion, matrisq; dedit nos osse renasci.
 At Cæsar subitis nequicq; exterritus vndis,
 Prosequitur pugnam, telosq; ferocior instat.
 At passim ingenti pluuia, tonitruq; repente
 Consternati animi, retro ad tentoria cuncti
 Diffugiunt, dypeisq; tegunt sua corpora vastis.
 Cogitur & Cæsar, nec non fortissimus vna
 Linqere Brunsvychides pugna Saxonius alter
 Flectit Auarpigenas, pubemq; in castra reducit.
 Iamq; Atlantæo noctis de littore meta
 Surgebat, stellasq; inter fulgebat Eoas
 Delia, quæ postq; nouit Tritonidis astus
 Sicanias petiit sedes, Aethnamq; sonantem
 Vorticibus flāmarum, & agentem ad sydera fumos
 Cratere igniuomo, & Messanæ littora quærit.
 Illac Phœbus equos (fama est) stabulatur arena.

AVSTRIADOS

Iam fessos, soluitq; iugo fumantia colla,
 Atq; hunc aggreditur mœsto, sic talibus ore;
 Nulla ne tantorum dabitur Germane laborum
 Meta mihi: supplexq; Deos tentare precando
 Effugiam: quid me vestigia longa sequentem,
 Erroresq; vagos, atq; alta silentia tecum
 Ferre iuuat, nobis quid menstrua tēpora profunt,
 Visq; immensa latens, & adhuc incognita terris,
 Qua fluit, & refluit feruens maris vnda Britanni,
 Inq; vicem proprios mutant vaga flumina cursus.
 Purpureusq; Haliacmon, Olorinusq; Cayster:
 Numina si cœli nos tanq; spræta iacemus:
 Arbitrioq; suo victrix facit omnia Pallas:
 Quin etiam (scelus infandum) tete ipsa, tuosq;
 Aspexi radios, humentia pellere ab imo
 Viscera terrarum, nigrasq; attollere nubes.
 Scilicet vt voti compos Tritonia virgo
 Fiat, & abiectam videas Germane sororem.
 Quare age rumpe morã, cum craftina fulserit Eos
 Discute nigrantes nubes, iubar effer in auras
 Non hostile velut radij prius, agmine facto
 Cum venti, & densus turbauit lumina puluis,
 Ipsa ego in aeream sedem, magnæq; volabo
 Iunonis solium, atq; iras mulcebo furentes.
 Dixerat, at Phœbus roseo de vertice fundens
 Splendorem ingentem, dicto annuit, inde sorori
 Taurominitani libauit pocula Bacchi.

Tertia iam vigil obscuræ custodia noctis
 Transierat, madidæq; iacebat miles in herba,
 Ecce autem tristis pernicibus aduolat alis

Hoc cōtigit
 pugnaturis
 Cæsarianis,
 ut puluis &
 Sol essent
 contrarij.

Fama
 Funer
 Nescit
 Incer
 Int
 Phœ
 Coll
 Rep
 Nor
 Amib
 Vert
 Tunc
 Sican
 Disc
 Bell
 Cor
 Fert
 Dixit
 Eri
 Cum
 Mil
 Tell
 Hinc
 Agg
 Auf
 Boie
 Ven
 Aspi
 Pror
 Forti

LIBER DECIMVS

Fama canens passim miserandi dira Roberti
 Funera, tunc concussi animi, milesq; Boemus
 Nescit stare loco, trepidatq; fugam ne capessat
 Incertus, tantive ineat discrimina belli.

Interea oceano lucem detexit ab alto
 Phœbus, & ardenti lustrabat lampade terras,
 Collectasq; polo nubes, & Palladis iras
 Reppulit, & calidis dirupit nubila flammis.
 Non aliter Zephyro gelidus spirante Nyphates
 Amittit durasq; niues, concretaq; summo
 Vertice, sœtifero pereunt sua frigora vento,
 Tunc Cæsar cupiens ad pugnam animare maniplos,
 Sic ait, alma dies, & lux clarissima cœlo
 Discussit nubes, proceres, dilataq; fato
 Bella reor, pretiumq; moræ Diis auguror ipsis
 Concessum auspiciis, quare date tela per hostes,
 Ferte faces, currusq; atra comburite flamma,
 Dixit, & armatas agit in certamina turmas.

Et iam Sol mediū Phœbus lustrabat olympum
 Cum Martis sonuere tubæ, signumq; dedere
 Militiæ, tonat omnis ager, calcata tremiscit
 Tellus, puluereæ tolluntur in æthere nubes.
 Hinc acies, atq; hinc acies armata, cruentam
 Aggreditur pugnam, pubem conscendere currus
 Ausriadam, nam velle mori, vel vincere dignū est.
 Boiemos contra, septarum more ferarum
 Venantum turba, tela inter & arma ruenteis
 Aspiceres, duri qui alacres in vulnera ferri
 Prorumpunt clypeis protecti corpora longis.
 Fortior ante alios squalenti casside, & auro

X ♡

AVSTRIADOS

Insignis Cæsar, flagrantem lampada torfit
 Ad vallum, & medios acer defertur in hostes.
 Pone ruit Taurisca cohors, & fortis Alanus
 Ambidrauiq; truces, Anasinaq; in arma iuuentus,
 Et quos Claudonium gelido deuexit ab Istro.
 At Brunsvychides, iuxta duo tela coruscans
 Dentibus infrendit, perq; horridus arma repullis
 Ingruit aggeribus, pugnaq; accenditur ira.
 Sternitur infœlix Bython, tristisq; Machareus
 Oenomausq; ferox, & cæso poplite Lydas
 Obruitur, roseamq; animam despondit auerno.
 Fit cædes passim, Phenor Lyciam, Euphytus illum
 Hunc Phorbas necat, & mediis in milibus acri
 Cornipede inuectus, raptusq; furore per hostem
 Terrificos ciet ore sonos, velut aspera campo.
 Bella mouens, magnis replet mugitibus agros,
 Scintillatq; oculos, sæuitq; in cornua taurus.
 Vociferans contra, Albertus detraxit eburna
 Vulnificum vagina ensem, dein proruit, & qua
 Parte minus vasto lorica armauerat artus
 Vulnerat, ille graui cadit insanabilis ictu,
 Et fugit expirans oculis errantibus astra.
 Non aliter q; si in stabulis lupus armentorum
 Sæuiat, occurrit præduro robore pastor
 Carnus, & ingenti rabie defertur in hostem
 Vibrans tela manu, semifractoq; Cerebro
 Ille ruens procumbit humi, rictuq; lacessit
 Terram, & spumanti victorem exterritat ore.
 Parte alia flagrans desæuit Zornius heros
 Protectus dura tortos compagine crines,

LIBER DECIMVS

Intrepidusq; subit pugnam, perq; obuia tela,
 Perq; hostes fertur, tantoq; ferocior vrget
 Certandi, quanto violentior ira, furorq;
 Gliscit, defauitq; animis Mauortius ardor.

Non tot Caucaseas cum frigida tempora syluas
 Inuadunt, auibusq; negat sua pabula Memphis
 In Styriam præpes densas agit Ardea turmas
 Quot volitant vmbrae circum, quot corpora terræ
 Fusa iacent, dictu mirabile, sanguine colles
 Humecti fumant calido, riuicq; cruoris
 Mœnia Regini, atq; Istrum infecere tepentes,
 Vndiq; sauitum in cædem, iamq; obiiice fracto,
 Irrumpitq; aditum, victorq; it in agmine Cæsar.
 At Sais anguitenens iactantem, & cuncta mouentem
 Despicit ex alto, sauumq; hastile coruscans,
 Sic ait, en nobis arrepta potentia belli.

Viuimus indigni cœlo, vetitumq; per arma
 Ire mihi, vsq; adeo toleranda iniuria Diuum?
 Sic effata, ferox violentius igne tonantis
 Telum horrendū ingens summo detorsit ab Aethra:
 Quales cum cœlo fiunt portenta, videntur
 Per sudum volitare faces, tractusq; cadentis
 Lampados, & lapsæ cum cernitur orbita flammæ.
 Tale manu Diuæ monstrum descendit, & illo
 Contremuit terra, & nigri sub tartara Manes
 Perculsi sonitu, atq; alpes gemuere niuales,
 Inuadit timor attonitos, paulumq; diremptæ
 Sunt vtrinq; acies, & Martis ab acta cupido.
 At rex (norat enim sæuæ Tritonidis astus)
 Vrget Palantes atri instar fulminis alas,

AVSTRIADOS

Cedunt victori montisque per inuia cuncti
 Vertunt terga fuga, seruum pecus inquit Agartes
 Boiemum princeps, quo vos fuga ducit inertes:
 Hic firmate gradum, teloque occurrite telis,
 Nec pudeat Phœbi victos occumbere campis.
 Talia iactanti fauces transuerberat hasta
 Austriadæ contorta manu, quo turba cadente
 Exanimis cessit bello, proiectaque relinquunt
 Arma omnes, lucent diuulsis æquora cristis
 Telorum, & passim ingentes spectantur acerui,
 Parmæque, clypei que graues, currusque refracti,
 Desertisque iacent vexilla minantia castris.

F I N I S.

LIBRI VNDECIMI ARGUMENTVM.

Postque omnes Boemi terga uerterunt, captiui Ratisponam mis-
 tuntur. Interim Phyaltes ex tanta superstes clade, Pragam Boem-
 iæ Metropolim ingressus cædem nuntiat, quæ simul ac a foem-
 inis Pragen. audita est, superatis Hercyniæ saltibus, furibundis
 dis similes, ad corpora sepelienda feruntur. sed cum minime tu-
 tus accessus esset, oratores ad Cæsarem mittunt, a quo corporum
 sepultura impetrata est. Sequuntur mulierum Patheticæ super
 corporibus orationes, quæ cum sepulturæ mandauissent, Prag-
 am redeunt. Interea Iuppiter uiolatam fidem ulcisci uolens, nun-
 tio Mercurio iubet, Cæsarem in Copstaidas expeditionem pa-
 rare. Itaque & auxilia describuntur, & obsidio, pugnaque ingens, ac
 Zornij comitis oratio, qua consulit propter difficultatem loci
 obsidionem remouendam, Cæsarisque responsio, qua magni prin-
 cipis animus ostenditur. tandem coacti oppidani (Lango arbitro)
 se Cæsari dedunt, atque de Penznauro & complicibus supplicis-
 um sumptum est.

AVSTRIADOS LIBER XI.

LIBER VNDECIMVS.



Ostē oēs tenuere fugā, parsūmque tridentis
 Cædibus, & mltō maduerūt sanguine cāpi.
 Cæsar iā fessas reuocās in castra cohortes,
 Captorū turbā ingentē, manibusque reuins
 Vulgus, Regini victor præmisit ad arcem. (ctum
 Dumque ea molitur miseranda cæde Phyaltes
 Elapsus mediā, sed grandī vulnere tardus
 Increditur Pragham, & moribūdus voce per urbem.
 Incedens, bellumque atrox, & dira recenset
 Funera, & inuisis deserta cadavera campis.

Ut vox fœmineas tam tristis perculit aures,
 Formosas laniare genas, & tundere pectus,
 Et consternatam exanimes vlulare per urbem
 Incipiunt, hæc funesta & mortalia damnat
 Bella hominum, fatumque vocat crudele Mariti,
 Hæc natos plorat, miseroque orbata parente
 Conqueritur, magnisque replent singultibus auras.
 Par habitus cunctis viduæque, orbæque ruebant
 Praghides, Herculeasque gemēs Melithea per umbras
 Dilectum Rhodomanta vocat, iam personat omnis
 Lamentis regio, montesque o dura per altos
 Discurrebat Agles, & connubialia sacra
 Terque, quaterque vocat, mœsto stridore Boopis
 Crudeli ferit ora manu, nec lassā quietem
 Usque agit, at qualis compellitur acta per umbram
 Thyas Echioniam, vel cum cerealis Eleufis
 Pellustrat sacras accensa lampade sylvas.
 Has inter Pasithea gemens (miserabile visu)
 Arua rapit passu, & Lunæ spelæa peragrans.
 Quas non illa domos; quæ non Magalia mœsto

A VSTRIADOS

Pulfauit gemitus quo crebrescente resultat
Ister, & infandæ Phœbi iuga conscia cædis.

Vix ergo Hercyniã superarant agmine syluam,
Tunc sic ah nimiũ lachrymans, Pasithea profata est.

En dirí montes, Martisq; en impia tellus,
Sacratumq; nemus Phœbo, iamq; eminus omnes
(Vt cerno) dypei, galeaq; & fortia bello
Pectora, funestosq; iacent vexilla per agros.
Custodes circum, via nullibi, clauditur ingens
Obsidione nemus, quid nos turba ægra per hostes
Ibimus? vt captæ famulatum in castra trahamur?
Dij superi talem a nobis auertite casum.

Sic ait, at contra sic talibus orsa Aracyntho

Nuntia Ocypeti, simul & soror o mea Dorí
Prothia, Dachanieq; Hellepogeaq; sorores
Pilsenis, & Trigles, & Spibrania, & Haberine,
Pythoq; Eulimeneq; Agleq; & Melithea
Ite, atq; Austriadæ pectus mulcete precando,
Det veniam victis, nec non repetita cremari
Corpora permittat, tumuloq; exusta reponi,
Nec vos magnanimi fallat clementia regis.
Namq; olim audiui Morinos per littora bellum
Mouisse oceani, Brugentinasq; cohortes
Impia Gessoraco molitas prælia campo,
Austriadem contra pacem, veniamq; precantes,
Impetrasse aiunt victos, & Cæsaris acrem
Demulsisse iram, breuiter sic talia fante
Decretum est peragi, cursu tum nuntia turba
Prætereunt ventos, fufis per eburnea colla
Crinibus, atq; altum furas stringente cothurno.

LIBER VNDECIMVS.

Iamq̄ propinquabant Iffro, tunc maxima coram
 Ocypetis sic fata nurum, iam fluminis alti
 Venimus ad ripas, vastus ferit humida fluctus
 Littora, & exesis feruent vada cautibus ima.
 Nec quisq̄ rapida apparet mortalis in vnda
 Atq̄ iter obstruitur nobis obstantibus vndis.
 Quin agedum mecum hos æstus enate sorores,
 Spumantesq̄ vdis manibus propellite fluctus.
 Sic (vt auo quondam accepi Pallantide Cyrno)
 Romulidæ nauere nurus, cum Porsena bello
 Martia concuteret trepidantis mœnia Romæ.
 Nam lapsa e medio rupit fera vincla Tyranni
 Et Thuscum virgo transnauit Clælia flumen.
 Sic ait, & furas altum succincta nitentes
 Prima secat fluctus, summoq̄ in gurgite pendet,
 Pone ruunt aliæ, velut inter nubila clamans
 Grus volat, atq̄ ducis sequitur sublata laborem,
 Ah nimium infœlix Pytho, dum littora quærit,
 Pondere fœcunda prolis quod gesserat alio,
 Obruitur, frustra q̄ vocat sub flumine Diuos.
 Vtq̄ datum curuæ reliquis appellere ripæ,
 Regini tendunt turrati ad mœnia, cursu
 Præcipiti, atq̄ altas inuisunt Cæsaris ædes.
 Mirantur cuncti, & scissis (miserabile) peplis
 Fœmineæ causam veniendi exquirere turbæ.
 Instabant, illæ Ausriadem clamore vocantes,
 Ausriades sacro longa atria nomine replent.
 Tunc simul Ocypeti coram data copia fandi,
 Procidit ante pedes, lachrymansq̄ hæc incipit ore.
 Sancta Deum soboles, & clementissime regum

A VSTRIADOS

Austriadum longe qui facta excellis auorum,
 Ex mœsto petimus cætu tua limina Cæsar,
 Pragheidum, quas traxit amor, pietasq; suorum
 Per syluas, per saxa, & mille pericula rerum
 Orantes, miseris natorum corpora redde
 (Si qua tuos vnq; tetigit clementia sensus)
 Matribus ad tumulum, gelidos sine coniugis artus
 Amplecti vxores, animasq; exoluere terris,
 Errant quæ circum littus, poscuntq; quietem,
 Turbidaq; ante oculos harum versatur imago,
 Per patris cineres, spemq; alta ad regna nepotis
 Surgentem Caroli da, non indigna precamur,
 Corpora, nec fieri prædam permitte ferarum.
 Exanguis turbæ, lætales quisq; per agros
 Contabescit humi, nisi cœlum nemo habet vnam
 Quid vetitum: Scythiæ, Thracumq; niualibus oris
 (Sit quamuis crudele genus, gensq; aspera cultu)
 Cæforum in bello fumantia busta videntur,
 Vltimaq; hostilis conceditur hora sepulchri.
 Non tecum vt quondam pugnavit Iazigis ardor,
 Pannonicamq; acri turbauit Marte Vianam,
 Non inq; monstra, aut sæua de tygride nati,
 Non Lapythum turba, & diuulsas Monychus alnos
 Miratus torquere Pholum, & craterem minantem
 Sed Boiis creti Cæsar, qui cis vada Rheni
 Hercyniæ in medio posuere cubilia syluæ.
 Gens armis, atavisq; potens, vnde est genus alto
 Principio exortū, quod nunc gemit ægra Casurgis.
 Atq; vtinam imbelles forsan fera classica Martis
 Fugissent pauidi præformidanda mariti.

Seuire
 Dedec
 Irarun
 Finier
 Perme
 Hocce
 Suprem
 Quo
 Ad pan
 Iam v
 Corpor
 Ite piur
 Extren
 Dixerll
 Iuppitr
 Ettu
 (Nan
 Audis
 Reddit
 Poscit
 Dnde
 Victel
 Conit
 Sic ait
 Iam
 Lustral
 Tunc
 Conce
 Fœta
 Ad cer

LIBER V NDECIMVS

Sæuire vltorius defuncta in corpora tantum
 Dedecet imperium, tristes mors obruat æstus
 Irarum, deturq; æterna exanguibus vrna.
 Finierat, cui contra orsus sic talia Cæsar
 Permotus lachrymis, neq; (ait) solamine tempus
 Hoc eget, occubere viri, quæ gloria maior
 Supremam egregiis vitam q̄ claudere factis?
 Quos potui iuui, post belli incendia cunctis
 Ad patriam remeare datum, miseresimus vltro.
 Iam vestrum, quos nunc tanta est si cura cremandi,
 Corporaq; in tumulis componere adusta supremis
 Ite pium genus, atq; animas dissoluite curis
 Extremo affatu, & lachrymis decorate sepultos.
 Dixerat, illa oculos tollens ad sydera, ita inquit.
 Iuppiter omnipotens, regum cui summa potestas,
 Et tu quem intueor lustrans opera omnia Phœbe,
 (Namq; (vt es) antiqui credebant te quoq; numen)
 Audite hæc fantem, tanto pro munere grates
 Reddite vos, neq; enim exiguã de Cæsare demens
 Poscit opem, officium, paruoq; rependier est fas.
 Dñ dent magna tibi, Cetiūq; vehare per altum
 Victor, & Euganeo frenantia vincula Ponto
 Coniicias, votisq; Deus post fata vocere.
 Sic ait, inde omnes redeunt responsa ferentes.

Iam Sol hesperia vultum detexerat vnda,
 Lustrabatq; polum, & tenebras demiserat Orco.
 Tunc subito cunctæ exanimes, vt adire potestas
 Concessa est, per plana ruunt, montesq; per altos
 Fœta vbi sunt loca cæde virum, miserabile, quæq;
 Ad certamen eunt lachrymarum, fletibus aura

Y

AVSTRIADOS

Rumpitur, & sylvæ mœsto langore reclamant,
 Ut nemus horrificum, & lucos subiere cruentos
 Tristia Phœbæas crescunt lamenta per umbras.
 Qualia ad incerti lugentia flumina Nili
 Frugiferum quærens Mareotica Coptos Osyrim
 Fundit, & ærisono querulum quatit aera Systro,
 Funera proci duæ spectant, truncosq; per artus,
 Dissectasq; ibant gentes, tabemq;, cruoremq;
 Hæc mundant lachrymis, hæc per præcordia lapsum
 Pilum adimunt, vulnusq; lauât in flumine, & vngunt
 Luctus ubiq; ingens, liuentiaq; ora cruentant
 Vnguibus insanæ matres, sic prima reperti
 Conquesta Ocypetis non debita funera nati.

Heu vitæ pars magna meæ, tu ne ille Phileuros
 Quæ super ipsa cubo? sunt hæc tua lumina, quæ nunc
 Componit miseranda parens? quo vulnus hiatu
 Panditur, en meritum quod canescentibus annis
 Expecto, en filii miseræ solatia matris.
 Quid queror infœlix, tantum ne in territus hostis
 Perpetrare nefas ausus? quo perfidus ille
 Hinc abiit? redeat, meq; is quoq; trudat ad umbras.
 Sed quid ego? o nimium, nimiumq; oblite parentis,
 Iam salve, atq; vale, dixit, flammisq; peremptum
 Imposuit bustum exequialibus, ipsaq; velox
 (Proh pietas & amor) comite se funeris atri
 Coniecit flammæ, fatumq; sub ignibus hausit
 Et misera in cineres euanuit vsta supremos.
 Imbelles sileant Indi, nec Thracia iactet
 Vxores, quæ se, quondam (si credimus) vna
 Coniugis extremo morientis in igne, cremabant.

Part
 Euul
 Dilec
 Vt vic
 Ipse d
 Sicta
 Sict
 Liquo
 Qui
 Arrip
 Inuidi
 Nudus
 Diceb
 Progr
 Dives
 Armi
 Spreu
 Mem
 Nunc
 Infer
 O th
 Ampl
 Dixit
 Impos
 Multa
 Inuoca
 Quæ
 Annos
 Et vos
 Et mon

LIBER VNDECIMVS

Parte alia stridens furiata mente vagatur
 Euulsus Melitea comis, & pectora tundens,
 Dilectū Rhodomanta vocat, quē in pulueremersum
 Vt vidit, fugere oculi, lachrymasq; retudit
 Ipse dolor, clausaq; diu cum voce remansit
 Sic tandem exanimis rupto sermone profatur.
 Siccine te video coniux; me siccine solam
 Liquisti tedæ, thalamiq; oblite iugalis
 Quis te pugnandi furor; aut quæ iurgia tanti
 Arripere mihi; quid habes; certe aspera votis
 Inuidit fortuna meis, nunc cespide viuo
 Nudus in externa miserum tumulabere terra.
 Dicebam quid bella petis; quid in arma; dolosq;
 Progredieris Martis; dextramq; Herneſtida tentas;
 Diues habes regnum, cur scepra aliena lacellis;
 Armigerumq; genus; proh mens præſaga malorum
 Spreuisti, at saltem fors me tecum vna tulisset
 Me miseram, haud tantū coniux tua fata dolerem,
 Nunc quid agā infœlix; viuamne; an Manibus attris
 Inferar; atq; vno miseranda cremabor in igne;
 O thalami fax læta mei, quid demoror vmbraſ
 Amplius errantes, funeſta hæc littora circum;
 Dixit, & ingentes lignorum extruxit aceruos,
 Imposuitq; virum super, exequiasq; peregit,
 Multa querens, Manesq; imos, & numina olympi
 Inuocat ad funus, supremasq; munera buſti.
 Quæq; suum molitur opus, ſecat illa bipenni
 Annosam fagum, & gaudentem morte cupreſſum,
 Et vos o Tilia, & tu Berecynthia pinus,
 Et montana abies, flammæ itruisti, & ipſæ

AVSTRIADOS

Triste ministerium, nemo alto a culmine caesum
 Corruit, & strepitu sylvarum antrū omne remugit.
 Stabant erecti tumuli, densæq; per auras
 Vndabant flammæ, fumusq; ad nubila teter
 Voluitur, atq; altos operit caligine montes.
 Parte alia exanimem lugens pia Doris Agartem,
 Congestæ imponit sylvæ, Pasithea reuulsis
 Abstergit Pallanta comis, tu membra Boopi
 Vestigas Lydæ, crebri q; triste per auram
 Respondent gemitus, repetitaq; murmura vocum.
 Collidunt valles, & rupe gemiscit Apollo.
 Lunæq; & aereis reclamatione ab Alpibus horror.
 Non secus Argia mœstis cum venit ab Argis
 Cōiugis ad funus, cui se comes vna sepulchri
 Præstitit Antigone, nec tot langoribus ægra
 Euadne conquæsta virum, cum Martis iniqui
 Oedipodinos acuit violentia fratres.

Ut pia præscorum complerunt funera ritum,
 Collectus cinis est, & adhuc feruente fauilla
 Contumulatur humi, saxisque sepulchra notantur
 Inscriptis, ne forte rudi sulcaret aratro,
 Aut serobibus ductis, confunderet incola Manes.
 Iam nox sydereum fuscis inuoluerat alis
 Atra diem, rursusq; polo splendebat eoo
 Clara dies, Titanq; bona face candidus ibat
 Littore ab oceani, cum sic Melithea profatur.
 Maxima pars acta est, requiemq; locumq; piorum
 Umbris reddidimus, materq; amplectitur illas
 Cōmunisq; parens, cunctis via panditur æqua
 Exitū, finisque sui, mors omnibus vna est.

Quid
 Lauda
 Mani
 Lustr
 Tunc
 Dixe
 Con
 In
 Iupp
 Arca
 In
 Perge
 Austr
 Signa
 Finis
 Diuc
 Mœst
 Iuppi
 Flectit
 (Celsa
 Persa
 Nubi
 Nam
 Cœli
 Sape
 Nulla
 Con
 Nullo
 Cura
 Nulla

LIBER VNDECIMVS

Quid querimur? sedate animos, pietatis honore
 Laudandæ remeamus ait, reddantur in vrbe
 Manibus inferiæ, & primum nigrantia auerni
 Lustratæ bissena boum mastrabimus aræ.
 Tunc iuga, nec sacris Orci Regina vacabit.
 Dixerat, assensere omnes, clausisq; sepulchris
 Concilio abscedunt mœsto, patriamq; reuisunt.

Interea quærens bellis imponere finem
 Iuppiter, atq; alio moliri fœdere mundum,
 Arcadium alloquitur natum, dein talia mandat.
 I. nate, & cœlo sumptis delabere ponnis,
 Pergeq; in Arcioam sedem, regnumq; potentis
 Austriadæ, prohibeq; domum victricia non dum
 Signa vehat, sunt curæ aliæ, superestq; laborum
 Finis, & ipse adero, nec Cæsar proroget vltra
 Diuorum auspiciū, mecum Copstena bello
 Mœnia deuincet, summam hanc effare, siletq;
 Iuppiter his dictis, mox se Cyllenius alis
 Flectit ad Aethyopum sedes, gentemq; beatam
 (Celsa Iouis quoniã tunc regia stabat ad Austrum)
 Persæumq; polum tangentem vertice Atlanta
 Nubifero inuisit, dilectaq; regna Deorum.
 Nam fama est illas aliquando inuisere terras
 Cœlicolas, Solisq; epulo discumbere magnum
 Sæpe Iouem, amotisq; illuc descendere curis.
 Nulla etenim gens est fœlicior, inuida plorat
 Conculcata fames auri, fraudesq;, dolusq;
 Nullus ibi, nulla ambitio, nec tristis honorum
 Cura, nec aurati diues fortuna sepulchri,
 Nulla superstitio, Diuos tantum igne per aras

AVSTRIADOS

Fragranteis, & thure colunt, spectatur ubiq;
 Relligiosa fides superum, qua Iuppiter æquus
 Cogitar Aethiopum castis discumbere mensis.
 His fatus a Maia veniens Cyllenius oris,
 Euolat ad fines Libycos, totamq; pererrat
 Aegyptum, Memphimq; sacram, deinde ostia Nili
 Pronus adit magni, & lucentem nocte canopum,
 Nec mora sublimes alis prouectus ad auras
 Transuolat, & Pontū, Cyprūq;, Rhodonq; relinquēs
 Hesperios petiit fines, atq; vltima regna
 Nominis Ausonij, qui dum super æthera vectus,
 Respicit Oenotramq; plagam, moresq;, genusq;
 Vastatasq; vrbes, coniuratasq; ruinas.
 Indoluit, traxitq; alto suspiria corde.
 Mox Amerineæ valles, collesq; Lyæi,
 Atq; tridentī culta apparent arua bilinguis
 Diues & Emporium, atq; inter laudabilis Alpes
 Bryxina, quicq; Athesis spumantis flumina potant,
 Mænaliocq; alti lustrantur numine montes,
 Quorum visceribus, speluncisq; eruta ab atris
 Fertilis increfcit variis natura metallis.
 Hic domus æterni strepitus, fornacibus ingens
 Argentum coquitur, feruentq; incudibus æra.
 Dumq; in diuerfas flectit sua lumina terras
 Aliger, occiduo fuscis nox atra tenebris
 Surgit ab oceano, curasq; animantibus ægris
 Arcebat nocturna quies, cum ventus, & aer
 Et mare fluctuagum, syluæq;, feræq; silebant.
 Nec mora mobilibus pandens talaria plantis
 Labitur, atq; Aeni tortis Deus appulit vndis.

Alludit ad
 strages Ita-
 liæ tempo-
 rum suorū.

Bolzanum
 intelligit.

Hi os
 In me
 Ius ubi
 (no) ve
 Is sq
 Im ne
 ho sim
 Iq ra S
 Ili iadu
 Io perer
 Ch la ad
 P q atam
 Cis is ing
 Ili is (ex
 Ili it dict
 Ili nanda
 S q vebas
 M derit
 H is auf
 N deuin
 Ili lat Ar
 Ili far ma
 Ili im sup
 Ili um (ne
 C q e Dei v
 C q t e strat
 A q ux, Pho
 C q um voca
 Ili evelutin
 Ili quo ter

LIBER VNDECIMVS

Hic vrbs exigua est, quæ valle recumbit in ima,
 Innumerosq; regit populos, Tyrolumq; gubernat
 Iuxta alba fluit Aenus aqua, qui ex Alpibus altis
 (Cum veris tempus, genitalisq; aura fauoni
 Aereasq; niues, montanaq; frigora soluunt)
 Flumine prociduo, vastum defertur in Istrum,
 Hæc olim (vt memorant) duce formidata potenti
 Sceptra Sigismundo, donec labentibus annis
 Austriadum accessit pars hæc, atq; addita regno est.
 Ergo pererratis Tyrolî Cyllenius oris
 Candida ad Aenoos flexit talaria pontes,
 Perq; altam noctem volitans, vmbrasq; silentes
 Cæsaris ingreditur sublata palatia cælo.
 Atq; his (exacti meditantem prælia Martis)
 Inuadit dictis, magno Ioue missus olympo
 Hæc mandata fero, prohibet victricia non dum
 Signa vehas, sunt curæ aliæ, superestq; laborum
 Meta, aderit Diuû genitor, transferue nec vltra
 Hoc Iouis auspiciû, tecum Copstenia bello
 Mœnia deuincet, sic talia fatus, ad vmbras
 Peruolat Arcadiæ, sacriq; æstiuæ Lycæi.
 At Cæsar mandata Iouis, bellumq; volutans
 Indictum superis, fontemq; euertere gentem
 Decretum (neq; enim totos sopor hauserat artus,
 Quippe Dei vultus, & verba sonantia norat)
 Corripit e strato corpus, namq; axe micarat
 Aurea lux, Phœbicq; iubar detexerat orbem,
 Concilium vocat heroum, remq; ordine pandit.

Tunc velut incertæ cum per dispendia syluæ
 Ignarus quo tendat iter, non nota viator

AVSTRIADOS

Errat, & in dubio mentem versatq; trahitq;
 Sic Heroes erant, pars ad mandata Deorum
 Declinant animos, fore & hæc supræma putabant
 Munia bellorum, parti oratoribus vrbis
 Prætentanda fides, & pace augenda sequestra
 Parcendumq; viris, quorum defecerat ausu
 Phalsgraphidæ ad partes plebes ignara, videtur.

Fama etenim Helfacia gereret dum prælia Cæsar,
 Et Martis furor, & belli increbresceret æstus
 Vndiq; & excitæ ruerent in funera gentes,
 Hanc urbem seruisse modû, neutramq; secutam
 Fortunam belli, pacem seruisse, fidemq;
 Iuratum Austriadæ, donec dolus obruit urbem
 Byspeichis, dediq; altam vi compulit arcem.

Tempus erat, quo læta feri per pascua tauri
 Bella mouent in amore pares, & cornua vibrant,
 Cum viret omnis ager, cum se vernantia cingunt
 Norica culta comis, renouat cum Daulias ales
 Infandos quæstus, & Ithim nemus omne reflectit.
 Tunc sexcenti equites, duro fidissima bello
 Pectora, Byspeichis iussu, per opaca feruntur
 Noctis, & occulto fluuij se littore condunt.
 Ille dolo instructus, vestem simulauit, & arma
 Militis Austriadæ, paucisq; equitatur ad urbem.
 Ut data libertas aditus, strepit ære canoro
 Hylus Hiphyanides, patefactisq; agmina portis
 Introeunt, populantq; domos, mortemq; minantur
 Ciuibus, ij trepidant, plebesq; ruebat inermis
 In pugnam, nescitq; dolos, quisve ingruat vrbi
 Armatus miles, nunc Cæsar's arma videntur,

LIBER VNDECIMVS

Nunchostis, crescit timor vndiq;, & vndiq; clamor.
 Non secus in Libya Getulæ, armenta Leænæ
 Cum nocte inuadunt tetra, septisq; refractis
 Incumbunt prædæ, timidū pecus horret, & anceps
 An manus hostilis circum stabula alta pererret,
 An pastor, trepidatq; intus, nescitq; tueri
 Se quoq;, at postq; fuluæ fremuere Leænæ
 Erumpit caulam, campoq; immugit aperto
 Turba bouum, & vacuā linquit victricibus aulam.
 Sic Copstenigenas, nunc huc, nunc distrahit illuc
 Infandus timor, atq; anceps fortuna malorum.
 Ut patuere doli, factiq; apparuit autor
 Mutatiq; habitus, nullis mens pergere contra
 (Nam signum excelsa dederat iam proditor arce
 Penz nauros) victosq; lares, urbemq; relinquunt,
 Ut cum Sicanio, flammæ iaculantur ab antro
 Fulmina vicini fugiunt Aethnæa coloni.
 Tandem Byspeiches tota iam victor in vrbe
 Bis centum pedites, quos misit Gallia Gesos
 Præsidio iubet esse loci, & defendere muros,
 Displicuit dolus ipse Ioui, iurataq; gentis
 Fœdera nequicq; seruari exarserat ira
 Ingenti, regemq; alto stimularat ad arma,
 Interea ambigui Heroes sermonibus orsa
 Prolatant variis, nec re firmantur in vna,
 Pars pacem, pars bella volunt, ut perculit vndas
 Carpathij nigra aura maris, nunc flumen in Austrū,
 Nunc Boream versus, Zephirive impellit ad oras.
 Stat medio ratis acta freto, latere ardua Pontum
 Instabilem, & rostro spumantes reicit vndas,

Y v

AVSTRIADOS

Sic diuersi animi, Cæsar tamen omnia voluens
 Parendum est (inquit) superis Ioue præside belli
 Optemus finem, consumatosq; labores
 Marte sub extremo, & magnis numeremus in actis.
 Ergo agite Heroes, Diis hæc poscentibus, arma
 Maturemus ait, sic fatus, Alastora misit
 Deligat vt Marti populos, gentesq; pererret.
 Nec mora cum primum tanti primordia belli
 Intellecta ruunt iuuenesq; patresq; vicissim.
 Armanturq; vrbes, primusq; Choraulus Atrides
 Mœnibus eduxit resplendens agmen Halæis,
 Hinc pedites centum fudit præclara metallo
 Sbotia, & antricolas descripsit in arma maniplos,
 Suspendens altos calidis fornacibus ignes
 Liquit, & inuersum tunc Chyzipelos aratrum
 Teutonicas patrio gestans de more catheias,
 Inde ruit Rhotoburga cohors, & pascua læta
 Incola deseruit, vitesq; Amerinus Iacchi,
 Nec mercatura pinguis bis diuite Bolzan
 Defuit, armasti lectam quoq; Bryxina pubem,
 Quæq; olim fuerant coniunctæ fœdere gentes
 Pilatæ aduentant, signa extollente Sueuo.
 Sed prima ante alios Oenois agmina ripis
 Effulgent, cupiuntq; acies spectare micantes
 Aeræq; perstrepere, & Martis tremere arua fragore,
 Audiit & belli motus arx alta Naonis,
 Et fera Goriciæ sumpserunt arma phalanges.
 Quid memorê Labaciq; duces, Gretiasq; cateruas,
 Iuliaciq; genus, sæuocq; horrentia Marte
 Agmina Phrysiaci, Thergestinosq; maniplos,

Torqu
 Dur
 Proru
 Deute
 Roftra
 Hinc p
 Leur p
 Arbu
 In vi
 Accip
 Hi Ma
 Hicla
 Cum
 Vos op
 Præli
 Funo
 Flam
 Non
 Eti
 Austr
 Nam
 Deflu
 Lam
 Præto
 Nunt
 Territ
 Estit
 Erigi
 Diffi
 Posse

LIBER VNDECIMVS

Torquent Puciño qui præla liquentia Baccho:
 Dum properant populi, milesq; animatus ad arma
 Proruit, interea muralis turbo per vndas
 Deuehitur, gemit Oenoum sub pondere flumen
 Rostratumq; caput fluuio vix erigit alnus.
 Hinc teli quodcunq; genus, micat aurea cuspis
 Leumæiq; enses, & flexilis algida taxi
 Arbor, in ingentes arcus, pronæq; sagittæ
 In vulnus, quales pugnantem perfida ferre
 Accipimus, crebrisq; Scythas obnubere telis
 Hi Macedum tela expromunt, bifidasq; secures,
 Hic lætus bello ceu feruida vibrat Amazon
 Cum Tanaim inuadit, victoq; agit agmina Ponto:
 Vos quoq; mortiferae properastis ad aspera glandes
 Prælia, plumbataq; graues, Balearicaq; arma
 Funditor extollit, nec sæua Phalarica vastis
 Flammaram exarmata globis, & sulfure tetro
 Non vecta, atq; onager lapidis iaculatur hiulci.
 Et iam fama volans trepidas exterritat vrbes
 Ausriadum aduentu, & venturae signa ruinae.
 Nam statuas sudasse ferunt, & sanguine multo
 Defluxisse Oenum, celsamq; volasse per arcem
 Lampada sublimi lambentem vertice molem.
 Præterea ex aditis vox exaudita profundis
 Nuntia fatorum, qua plebes dissona vulgi
 Territa, sed Galli pedites spem Marte fouebant:
 Et situs impatiens pugnae, nam celsa per auras
 Erigitur condens caput intra nubila moles.
 Difficilis natura loci, spesq; ardua bello
 Posse capi, fluuius radit confinia montis,

AVSTRIADOS

Spumantesq; imo propulsat vortice cautes.
 At Cæsar lectam trans Oenon pergere pubem
 Imperat, & curuo moliri in littore vallum,
 Ut longe micuere acies, ærisq; refracti
 Auditî sonitus, pulsataq; tympana circum,
 Curritur huc illuc, pavidæq; e mœnibus altis
 Prospectant matres, & passis crinibus astant,
 Auxilioq; vocare Deos, vlulare per urbem
 Excussisq; manu radiis tremere innuba virgo.
 At qui fortunam mauult tentare ruentem
 Consciis infandæ fraudis, timor omnis abesto
 Exclamat, flammæ ne Iouem, tonitrusve cientem
 Creditis, in nostros conuertere fulmina muros?
 Aut formidatos puido Titanas olympo?
 Cæsar adest muris, quis tanti nominis horror
 Inuasit mentes? aderit quoq; & acer in armis
 Byspeiches, vastaq; ruet violentior ira.
 Sic animos acuit dictis, plebemq; labantem
 Ad pugnam irritat, tunc omnes mœnia complent
 Innumeris lapidum cumulîs, scabrosq; molares
 Circum aptant, hi pila nouant, macedumq; Saryssas
 More parant, hi pro galea capita alta Leonum
 Villososq; gerunt truculentis faucibus vrsos.
 Fraxineam hic hastam longis amentat habenis,
 Hic Erycis cæstus Paphij, Tripilosq; rudentes
 Clamat Io, extollens dum sese ad bella volentes
 Exarmant ciues, Cæsar trans flumina vectus
 Oenoa, vndifono florentes littore turmas
 Disponit, lustratq; urbem, quantumq; recedant
 Interualla loci, num sæui machina belli

Acta
 Fund
 Du
 Appa
 Natu
 Allu
 Illic
 Vest
 Dur
 Colle
 Extul
 Aggr
 Telli
 Tart
 Stry
 Arx
 Aer
 Exup
 Horn
 Auc
 Vt
 Depl
 Fite
 Mum
 Iam
 Effig
 Hi
 Foen
 Con
 Non

LIBER VNDECIMVS.

Acta queat populare domos, ruere alta superbæ
Fundamenta arcis, populocq; inferre ruinam.

Dum per cuncta oculos versat, custode relicta
Apparet pars vna vrbis, neglectaq; tantum
Naturæ defensa situ, nam flumine vasto
Alluitur, dirimuntq; vndæ confinia terræ,
Ilhic Ausriades, cum laxum Nerea pronus
Vesper adit, linquitq; polum surgentibus astris,
Dum silet omnis ager, noctem tormenta sub altam
Collocat, interea roseis aurora quadrigis
Extulit os sacrum, atq; humentes dispulit vmbas.
Aggreditur tunc Cæsar opus, gemit omnis ab imo
Tellus, & pauidi tremuere sub infima Manes,
Tartara, Cocyticq; lacus, metuendaq; Diuis,
Styx fertur properasse retro, saxosa labare
Arx visa est, tantoq; impulsu exsibilat aer,
Aereus vt longe turbo per inane volutus
Exuperat fracta collissa tonitrua nube,
Horridiusq; boat, q̄ cum fremit vnda Maleæ,
Aut cum pulsantur Rutupini littora Ponti.
Vt pestis metuenda domos, tecta alta parentum
Depopulat, totaq; furit violentior vrbe.
Fit casus rerum, moles concussa fatiscit
Murorum, & fundo motus lapis intremit imo.
Iam clamor, cædesq; virum, iam mortis vbiq;
Effigies, hi rupta cauis loca peruia saxis,
Hi celsi petere antra iugi, tolluntur ad astra
Fœminei lamenta gregis, singultibus aer
Concutitur, syluæq; omnes langore resultant,
Non tamen afflictis rebus, tantaq; ruinae

A VSTRIADOS

Deffelunt, qui morte volunt extendere famam,
 Sed contra perstant, aggestoq; oblice muros
 Instaurant, sed cuncta solo vis fulminis æquat.
 Ac velut oceano fluctus, crescente per agros
 Littus eunt extra, rapiuntq; mapalia, villas,
 Pastorumq; domos, fugit alta ad culmina velox
 Belgarum genus, & celeres præuertitur vndas.
 Passim stant armenta bouum, grexq; omnis aquarū
 Depressus sub mole, iacet, complexa maritum,
 (Aggeribus circum clamantia littora fractis)
 Mergitur exanimis spumantibus vxor in vndis.
 Talis erat fortuna vrbis, taliq; minatur
 Excidio Cæsar, sed dum vndiq; mœnia frangit
 Fulminis in morem tempestas acta ruentis,
 Gallorum extemplo celsa decurrit ab arce
 Auxilio pilata manus, trepidamq; per urbem
 Cursitat, & dubios trahit in certamina ciues,
 Dissiectosq; nouant muros, iuxtaq; profundas
 Educunt fossas, & propugnacula firmant.
 Talibus interea inuadens Atrabius heros
 (Inuidiæ fuerit stimulis ne agitatus, an vnq;
 Haud iri euersum superis concessa putarit
 Mœnia, & incassum consumi tempora Marte)
 Austriadem alloquitur, coramq; hæc incipit ore,
 Haurite hanc animã superi, vel fontibus vmbri
 Mergite, nec renuo, nostros post funera Manes
 Frigida vel pascant deserto viscera campo
 Obscœnæ volucres, animæq; infestus oberret
 Spiritus, & nulla condatur corpus in vrna.
 Verus amor si me, & veteris memor inclyte Cæsar

Obsecr
 Te cor
 Bellap
 Namq;
 Pollep
 Despu
 Estoh
 Atq; ar
 Nunq;
 Acup
 Sacra
 Dumfo
 Arxeli
 Aspici
 Moler
 Exci
 Milit
 Viliu
 Noricc
 Frenat
 Paul
 Hinc
 Saxa
 Laus
 Pulue
 Concu
 Prim
 Ampl
 Atr
 Byspe

LIBER VNDECIMVS.

Obsequi, seruata fides non suadet & vrget,
 Te coram hæc, rumpens matura silentia, fari.
 Bella paras olim nullos paritura triumphos,
 Nam quid moliris? nun diruta mœnia credis?
 Posse per has vndas, & late vortice vasto
 Despumentem Oenum missis populare cateruis.
 Esto his nunc victor superes legionibus urbem,
 Atq; animos iterum, iurataq; fœdera firmes,
 Nun generi credes infido? protinus vt tu
 A cupida rerum turmas eduxeris vrbe,
 Sacratum rumpent fœdus, dextrasq; resoluent
 Dum fortuna anceps, dum celsa inuicta manebit
 Arx elata iugo, tolletq; in nubila culmen.
 Aspice qui montes, quæ saxa minantia cingunt
 Molem indignantem vincis? proh mœnia quantum
 Excidij, & cædis bello paritura minantur
 Militibus nostris, at aperta laceffere bella
 Vtilius, nam tum victor (quod numina faxint)
 Noricon inuisos populosq; vrbesq; furentes
 Frenabis, monstrum hoc nulla superabile pugna,
 Paulatim exanimo pulsa feritate quiescet,
 Hinc fama, hinc decus est, nō contra tēdere montes,
 Saxaq; & in scopulos moliri prælia, campo
 Laus erit expugnare hostem, fremat æquore aperto
 Puluerulenta acies, densisq; vmbonibus alæ
 Concurrant trepidæ, & Mauortius horror anhelet.
 Primus ego ante alios (quid em̄ promittere possum
 Amplius?) extremā fundam cum sanguine vitam,
 Aut hōiem inuisum, & sceleris caput om̄is iniquum
 Byspeichem per aperta traham, vinctumq; catenis

A V S T R I A D O S

Adducam, aut nostra cadet in certamine dextra,
 Patratumq; nefas soluet, nec plura locutus
 Conticuit, procerum magnorum stante corona.

Tunc Cæsar paulum vultusq;, oculosq; moratus
 In terram (quid dicta ferant, quid consulat heros
 Agnoscit) contraq; orsus, sic talia fatur.
 Non hoc desidia regnum mihi vendico, & alta
 Vecors sceptrata gero, tantum clarissima virtus
 Efficit imperium, nec me pater ipse creasset
 Consortem regni, sociatq; in sede locasset,
 Si me sollicitis trepidum nouisset in armis.
 Desine iam Diuos testari, credimus, at te
 Saxa mouent, vastoq; Oeni vada concita fluctu,
 Et gentis temerata fides, quid regibus altis
 Agnoscis vetitum? qua summa incōmoda belli,
 Qua montes, qua saxa horrent, & in hospita Martis
 Tollitur ad cœlum moles, ibi tendere vires,
 Et gerere arma decet, dedignantescq; peracto
 Fœdere, debellare vrbes, & frangere muros.
 Sic monstrū superare meum est, quod dicis aperta
 Pugnandum esse acie, & campo decernere ferro
 Ad rem conduci, maioraq; gesta parari
 Nescis crede mihi, quanta hac iactura sub arce
 Deliteat, nescis qui se status occulat armis.
 Hic opus est bello, & quanto iactantius audes
 Effari, tanto decet insudare periculis
 Fortius oblati, & dicta rependere factis.
 At si te longi torquent fastidia belli,
 Perge domum, ac vecors patriis te conde sub oris
 Degenerem, & vita consuma tempus inertu.

Vos o
 Aeter
 Extre
 Iampi
 Nocti
 At Cœ
 Sollic
 Mcer
 Int
 Et ma
 Tunc
 Delige
 Qua
 Aggre
 Haud
 Occul
 Ereg
 Erigit
 Horret
 Illic
 Temp
 At
 Feruic
 Ingent
 Attonit
 Accipin
 Saxaru
 Frangi
 Et calig
 Vt furo

LIBER VNDECIMVS

Vos o pugnaces animæ, quæ sanguine multo
 Aeternum vobis famam peperistis in æuum,
 Extremis durate malis, sic talia fante,
 Iam piger astrifero splendebat ab axe Bootes,
 Nocturniq; vlulare lupi, Fauniq; per umbras.
 At Copstenigenum versantur pectora curis,
 Sollicitoq; metu densa statione tuentur
 Mœnia, nullius fessos sopor alligat artus.
 Interea exoriens terris aurora micabat,
 Et matutino lucem detexerat orbi.
 Tunc Brunsvychidem Cæsar vocat, eya age centū
 Delige bello equites, tecumq; ait instrue pubem,
 Qua cum vulsa imo ruet alto a culmine moles,
 Aggredere hinc urbem, murosq; inuade relictos.
 Haud mora, iussa facit, nec longe a mœnibus agmen
 Occulit insidiis, sedes aptissima fraudi
 E regione vrbis, qua se mons plurimus umbris
 Erigit ad superos, specuumq; exesa vetustas
 Horret opaca, cauoq; feræ stabulantur in antro:
 Illic sese heros delecto milite condens,
 Tempus auet pugnae, & Mauortis signa moratur.
 At Cæsar postq; excidij tormenta parauit,
 Feruida anhelantes mugitus machina rupit,
 Ingenti circum fremitu nemus omne tremiscit,
 Attonitasq; etiam passim de montibus altis
 Accipimus cecidisse feras, & hiantia fracto
 Saxa ruisse solo, atq; Alpes nutasse niuales.
 Frangitur aura sono, fumoq; obnubitur aer,
 Et caligantem discurret flamma per urbem.
 Vt furor aeream violentior impulit arcem,

Z

Commota est imo laxa compagine moles,
 Et labat in casum, ceu semirecisa minatur
 Ardua per sylvas quercus lapsura ruinam,
 Aut cadit, aut cecidisse putes, dubiumq; cacumen
 Huc illuc vertit, sic arcem hinc inde labantem
 Aspiceres, fundoq; altum crepitare sub imo.
 Attonitæ stant turbæ intus, tunc celsus ab arce
 Dum sonat Eurylochus, mentesq; exasperat ære
 Turbine discutitur, cadit alto a culmine corpus
 Exanimum, & fracto maculantur saxa cerebro.
 Tunc clamat Boiemus Hylas, proh Iuppiter, inquit,
 Arx ruit, atq; vetus lapidum compago dehiscit.
 Astrorum rector, Diuumq; æterna potestas
 Fer precor auxiliû, ne tetrum fulmen hiulco
 Impete dilaceret miseros, sic fatus ad auras
 Opprimitur mole abrupta, vocemq; precantis
 Strangulat ignito reuolutus ab aere turbo.
 Diffugiunt omnes casum infandum, & sibi quisq;
 Quarit iter vitæ, dumq; hos timor anxius vrget,
 Illicet e latebris equites Saxonius heros
 Educit, contraq; iubet procedere muros.
 Tunc qua vasta vrbis nullo custode teneri
 Mœnia prospiciunt, scalis subit vnus & alter
 Et turmis pauidam inuadunt mussantibus urbem,
 Rumor it interea portas Saxone refractas
 Murorum ingentes, & mœnia celsa teneri,
 Accurrunt timidi incassum, Galli inde frementes
 Torpentem instaurant pugnam, Saxones ab alto
 Fulmina agunt lapidû, saxisque molaribus instant.
 Dumq; alternatim dubio fortuna sub ictu

Defau
 Iupp
 Iussit
 Protin
 Erigit
 Euola
 Ales,
 At pa
 Despi
 Hostil
 Atq; it
 It eith
 Iam Gl
 Dixit,
 Vix a
 Fulmi
 Gallio
 Austr
 Obuia
 Dur
 Egreg
 Mœn
 Eya ag
 Demu
 Iam de
 Innupt
 Orante
 Tumo
 Qui vi
 Plectat

LIBER VNDECIMVS

Desauit, pugnaq; cohors accenditur æqua.
 Iuppiter æthereas linquens Saturnius ædes,
 Iussit ab Aeoliis depromi tela sagittis.
 Protinus ad Lyparem, qua se Vulcania tellus
 Erigit in fluctu, cuditq; sonantia tela,
 Euolat, & pedibus massam rapit armiger vncis
 Ales, & igniuomas traxit per inane sagittas.
 At pater omnipotens alto de vertice montis
 Despiciens, spretamq; fidem, fraudesq; dolumq;
 Hostilem, statuit commissam plectere nexam,
 Atq; ita fulminibus tota Bacchatus in vrbe,
 Ite ait horrendum dictu, secedite pugna
 Iam Galli, sic fata volunt, sic Iuppiter hoc vult.
 Dixit, seq; Iouem fassus migrauit ad astra,
 Utq; altæ auditæ voces, & visa tonantis
 Fulmina, tunc pauidi ciues, tunc agmina passim
 Gallica pertremere, & victori cedere victi.
 Austriadum contra fugienti instare phalanges,
 Obuia sanguineo sternentes corpora ferto
 Dumq; ea extremo diuersa in parte geruntur,
 Egregium Nereus Langum compellat ab altis
 Moenibus Eurychides, verbisq; ita fatur amicis.
 Eya age te nostri pietas tenet vlla, furentem
 Demulce Austriaden, iramq; inflecte præcando.
 Iam dedi cupimus pueri, nuptæq; puellæ
 Innuptæq; viriq; simul, matresq; per urbem
 Orantes veniam trepidant, pacemq; futuram.
 Tu modo redde animū clementem Cæsaris vrbi.
 Qui vero extiterit rumpendi fœderis autor
 Plectatur, meritasq; luat cum sanguine pœnas.

Z ij

AVSTRIADOS

Dixerat, hæc regi Langus mandata potenti
 Rettulit Auftriadæ, placuit sententia, sed qui
 Contempserit fidem, iurataq; scœdera Diuum
 Vt meriti luerent pœnas, vltroq; citroq;
 Discussis rebus, pauidam rex alta per urbem
 Signa vehit, mulcetq; animos, & temperat iras.

Ecce autē infœlix manibus post terga reuinctus
 Panzneuros caput infandum, semenq; malorum
 Ad cædem trahitur, summa detrusus ab arce,
 Bissenos secum ille viros, iuxtaq; litandos
 Vt sceleris, pœnæq; reos, in funera ducit.
 Conclamant omnes, & percutienda securi
 Corpora sollicitant, & vocibus intonat aer.
 Stabant demissi in terram sua lumina mœsti
 Fractores fidei, dubiaq; in morte tremiscunt
 Ipse doli princeps sæuum, toruumq; minatur
 Nescio quid vultu, veluti cum victima sacras
 Ducitur ante aras, sauitq; in cornua taurus
 Mactandus Diis immortalibus, aspicit ægre
 Et falsas fruges, positosq; in funere cultros.
 Tunc rex increpitans dictis, quos ipsa nocentes
 Effecit temerata fides, sub tartara mitti
 Imperat, & scelerum commissa piacula solui
 Ipse super graditur montem, celsusq; reuisit
 Semirutam molem, pueri, matresq; nurusq;
 Longæuiq; patres, & cætera turba virorum
 Subsequitur, meritosq; aris indicit honores.

F I N I S.

LIBRI DVODECIMI ARGVMENTVM.

In vlti
 fracti ho
 loniam
 cauerat
 ubi prin
 ad uisen
 spectanc
 inuida p
 one uti
 qua ua
 lenian
 cynia
 dit. Qu
 est. His p
 auorū m
 ta, quæ f
 gitta, d



Norica
 Cum
 Magn
 Rom
 Rhen
 Flumi
 Hic sine
 Antiq
 Ianum
 Necm
 Antea

LIBER DVODECIMVS

In ultimo libro cum iam annuus Martis labor fuisset, & iam fracti hostes, Cæsar etiã ex Sycambriis triumphans reuersus, Colonia agrippæ petiit, quæ prius Ludouicus Palatini filius placauerat. Interea fama uolat, Cæsarem Colonia triumphaturum, ubi principes describuntur, & Belgicarum ciuitatū populi, qui ad uisendum profecti sunt. sequitur triūphi descriptio, ad quem spectandum Deos uenisse Poeta fingit, tantoq; rerum successui inuida præ cæteris Pallas, ante Iouem longa in Cæsarem oratione utitur. Cui cum Iuppiter de rerum Cæsaris incremento aliqua uaticinaretur, Pallademq; hortaretur ad Cæsaris beniuosentiam, idemq; cæteri Dij facerent, & præsertim Aruina Hercyniæ olim Dea, odium deponit, atq; in amicitiam Cæsaris redit. Quare in hoc ultimo & hominum, & Deorum pax facta est. His peractis, septem ludorum genera præponuntur. sed ante auorū manibus parentalia celebrantur. Inde certamina inchoata, quæ fuerunt quadrigæ, pugiles, cursus, palestra, natatio, sagittæ, discus.

AVSTRIADOS LIBER XII.



Am Sollabentē cursu præuerterat annū
 Quo belli rabies, & diri arsere tumultus
 Vastataq; vrbes, coniurataq; ruinae
 Germanos acuere duces, & Marte ne
 Norica disiectis iacuerunt oppida muris. (sando
 Cum sua torticomis referens vexilla Sycambriis
 Magnanimus Cæsar, præclara ad mœnia tendit
 Romulei agrippæ, qua laxis uoluitur undis
 Rhenus, & auratis gelidum mare cornibus intrat,
 Flumine belligeros bifido claudente Batauos.
 Hic finem bello dedit, emeritasq; cateruas
 Antiquosq; equites functis seiunxit ab armis,
 Ianum detrudens ferrata in templa bifrontem.
 Nec mora Phalsgraphidū, Diuū pater, atq; hoīm rex
 Ante etenim patriis Fidericum iusserat oris,

Z iij

AVSTRIADOS

Pergere ad Austriadē, atq; animū mulcere precādo,
 Progeniem fixam ad pacem, foedusq; vocavit.
 Qui tandem æternum læti sine Marte quiescent,
 Interea per inane volans it rumor ad vrbes
 Belgarum antiquas, & murmure littora circum
 Multiuago replet populos, primumq; Tribotes
 Et Borbetomagos, quorum probat alta vetustas
 Vangiones coluisse solum, quis more parentum
 Mastrucis mos est nunc versicoloribus uti,
 Alta triumphali procedere signa Couino
 Cæsaris, & festa redimitum tempora fronde
 Urbem flammifero regem circundare curru,
 Nec non & rigidi gemmatis Saxones armis
 Hi tercenti equites genus insuperabile bello
 Spectatum veniunt, frameisq; ingentibus horrent.
 Toctufagum ex alia properant regione tribuni.
 Quamq; regit pubem Vyr timberzentius heros
 Hæc picturata, varioq; colore micantes
 De more exornant nitidis capita alta Pyropis.
 Venit & ingentes ducens de vertice Cathos
 Obnobio, & gelidas linquētem Bructeron umbras
 Langraphius, Vasti, Phaleras, & frena gerebant
 Aurea cornipedes, magni per Eburnea torques
 Colla nitent, Tyriocq; micat gens omnis in ostro.
 Præterea in foelix concessa pace Philippus
 Mox Pallatinis delectum ex urbibus agmen
 Ducebat secum, & crudelia funera nati
 Ingemit, & tacitus premit altum corde dolorem.
 Aspice ut euoluit humanas improba curas
 Magnorum fortuna ducum, qui primus in arcto

Triūphus
 Cæsaris, sed
 uere Colo-
 niæ, & dieta
 habita est.

Antiqu
 Imperi
 Vidit
 Fata sex
 Hunc
 lam
 Iret, &
 Tunc
 Aspice
 Longa
 Eregis
 Aptant
 Aerator
 Vndiq
 Præliat
 Specta
 Popul
 Latifery
 Vittaq
 Vel cur
 Cadm
 Inte
 Specta
 Turba
 Herout
 Scuta
 Conise
 Et cur
 Hinc se
 Cingul

LIBER DVODECIMVS

Antiquam tenuit sedem, lateq; bicornis
 Imperium gessit Rheni, nec faustior alter
 Vidit scepra rapi, vidit miseranda suorum
 Fata senex, animi verum non languida virtus
 Hunc fouet, & non dū auersis infracta repugnat,
 Iamq; dies aderat, quo Cæsar in axe triūphans
 Iret, & os sacrum populis ostenderet alto.
 Tunc subito passim, totaq; ex vrbe ruentem
 Aspiceres pubem, pueri, innuptæq; puellæ
 Longæuicq; patres currunt per compita visum,
 Et regis Pœana canunt, aulea Britanni
 Aptant parietibus, postesq; tapetibus ornant
 Aeratos, hominum voces, clamorq; resultat
 Vndiq; non aliter q̄ cum Eurystæa gerentem
 Prælia, Echionîæ clamantes vndiq; matres
 Spectabant auidæ, bicolor cui tempora fronde
 Populus ornarat, vastos Leo cinxerat harmos
 Lætifero quondam superatum Stymphalon arcu,
 Vittaq; ad Argolicum referentē monstra Tyrannū.
 Vel cum perdomitis remeauit corniger Indis
 Cadmæum repetens spoliolum Hysinenon aceruo.
 Interea pompæ subit ordo, ducesq; cruento
 Spectantur capti bello, manibusq; reuinctis
 Turba ingens, sacro stant arma affixa Feretro
 Heroum exuuiæ, debellatæq; phalanges,
 Scuta virum, Galeæ, & cubitales margine Peltæ
 Coniferiq; apices, Frameæq; leuesq; Saryssæ
 Et curui umbones, & rapta Petorita Marte
 Hinc solido ex auro crateres, & aurea bullis
 Cingula cernere erat, intertextoq; verendum

Vide ne an-
 cilia intelli-
 gere uelit ex
 Plutarcho.

AVSTRIADOS

Electro fulgebat opus, nitidoq; argento.

Sublimi interea Cæsar spectandus ab axe
 Prouehitur, qualis victor Saturnius alto
 Ossæam rabiem, & Titanum Pelion, atris
 Icit fulminibus, curruq; per æthera vectus
 Cœlicolas inter clarum lustrauit olympum.
 Talis & Aufriades alto sese ore ferebat
 Maiestate grauis, trabeaq; insignis, & auro
 Nescio quid cœleste micat, Diadema superstans
 Auratos operit crines, trepidiq; sub axe
 Quadriiuges impune fremunt, manduntq; Lupatos
 Ore truci, spirantq; altos e naribus ignes,
 Non secus Eoo tollunt fumantia Ponto
 Corpora, solis equi, replentq; hinnitibus auras
 Voluentes hinc inde iubas, raptosq; furore
 Miratur cursu tantum procedere Titan.

Interea fama est, Vbii dum Martia ciues
 Gestâ canunt, latoq; urbem circundare clauo:
 Incipit insignis Cæsar, curruq; triumphat
 Spectatum venisse Deos, & in æthere summo
 Inuidia carpsisse Iouem, quid numina possunt
 Hic fastu superat Diuos, nunc Iuppiter alter
 Sicanio arripit sudatum fulmen ab antro.
 Talia flammato, dum pectore numina iactant
 Ante Iouem, sic Pallas ait, prohi rector olympi
 Quid spectas? suffersq; pater? iam respice quatum
 De superis rapiat regis fiducia nostri.
 Nūc age & intonsis Euhan quate marmora Thyrsis
 Rubra, coloratos trans Gangen transfer ad Indos
 Militiam, aut Bacchis vlulantibus Ismara cinge,

LIBER DVODECIMVS

Est frustra quodcunq; paras, superabere solo
 Cæsare, qui domito reges oriente sub actos
 Argolicas rediens duxisti victor ad vrbes,
I. Mars sanguineæ, & Geticis te conde sub oris
 Indecorem, solumq; sacer tibi Strymon, & Hebrus
 Seruiat, & gelido tantum placeris in Hamo.
 Nil extra tua fama volet, tu hominū, atq; Deorum
 Omnipotens rector, pudet ah pudet ista profari
 Te coram, ingenti iam dudum faucia cura,
 Diua vetor sceleris pœnas exposcere ab illo.
 Non Tritogenia, Pallasve, aut filia magni
 Nuncupor esse Iouis, quādo est mihi dempta potestas
 Pugnandi in terris, tu inq; tu fulmina condis:
 Lentaq; nequicq; formari incudibus Aethnæ
 Aera iubes: flammaq; vrbes feruere Sicanas:

Centum præclaris Curetum ex urbibus olim
 Saturnum patrem, & cœlo te Iuppiter alto
 Deiecisse ferunt, centumq; ligasse catenis.
 Imaq; longæuum trufisse in tartara regem,
 Scilicet vt cœli regnaret Cæsar in arce.
 Tu modo iam si qua est cordi tibi cura Deorum
 Et cœlum seruare cupis, trifida arma resumens
 Sydereum tutere polum, Diuosq; pauentes
 Arctoumq; preme imperium, Borealiaq; arma
 Discute, ne Cæsar curru subiectus ouante
 Tollatur per inane, viamq; affectet olympi,
 Depulsoq; ferox regno Ioue, permeet astra.
 Dixerat, assensere Dei, nec Delia præsens
 Concilio Diana fuit, nam vertice summo
 Constiterat Vogesi, iam despectura triumphum,

Z v

AVSTRIADOS

Aufriadæ magni, & lato certamina campo.
 At contra pater est solio sic orsus ab alto.
 Sancta cohors superû, quia nam sententia mouit
 Decertare odiis animos: cur vertere gentem
 Arctoam cupitis: tanta est cœlestibus ira:
 Fata immota manent, opus hunc se tollere ad astra
 Et regere imperium terræ, dare frena superbis
 Indignantem orbem, & gentes superare rebelles,
 Confortemq; polo mecum nec habere refello.
 Qui dum nigra fluent Erebi, subterq; meabunt
 Flumina, pallentes umbras, dumq; orbe remenso
 Sydera in Hesperio properabunt æquore mergi,
 Victor Cæsar erit, dominusq; vocabitur orbis.
 Hæc ego per Stygias male olentes sulfura ripas
 Et Chaos æternum, & Manes phlegetonte sub imo
 Annuo, iam paulum bilemq; iramq; repone
 In melius Pallas, fatisq; assuesce futuris.
 Sic ait, & nutu longum concussit olympum.
 Tunc exorta Deum passim sunt murmura, & oēs
 Pallada prospiciunt, verbisq; precantur, vt illa
 Molliat æternas lites, & desinat æstus
 Irarum, Aufriadæ contra exercere potentes.
 Sic Iuno instabat, sic cætera turba Dearum,
 Almaq; in Hercyniis præsens Aruina lucis
 Procidua ante Deam, poscit iam fœdere iungi
 Aufriadæ secum, tandem Tritonia virgo
 Postq; Cæsareumq; genus, stirpemq; domari
 Agnoscit vetitum, coram sic talibus orsa est.
 Vicistis superi, bilem, qua exarsimus olim,
 Dimissam facio, iam nunc, semperq; fouebo

Hoc ger
 Haud p
 Sentiet
 At Ver
 Impun
 Hostis
 Me ser
 Inte
 Proge
 Audita
 Annua
 Quo Mi
 Defæu
 Sedibu
 Nunc vo
 Arbitri
 Ante cr
 Soluen
 Acprin
 Aufria
 Dona
 Postm
 Septim
 Quad
 Exilit
 Hinc ca
 Decert
 Seu tra
 Aut m
 Quicq

LIBER DVODECIMVS

Hoc genus armipotens, quo cū me iungere fœdus,
 Haud piget, atq; Italo tela auxiliantia bello
 Sentiet, & dictum iurato astrinxit auerno.
 At Venus exclamans non sic mea vulnere abibunt
 Impune, & quantum mea vis, flammæq; valebunt,
 Hostis ero, sequar indomitum, cogamq; fateri
 Me semel esse Deam, sic talia fata quieuit.

Interea Cæsar procerum stipante caterua
 Progenies Diuū, & genus alto a sanguine cretum
 Auditæ hæc inquit, cordi & mea figite dicta.
 Annuus est belli cursus, si rite recordor,
 Quo Martis rabies, tristiq; horrenda flagello
 Defæuit Bellona animis, gentesq; repostas
 Sedibus Arctois in pugnam misit acerbam.
 Nunc victor terris, sic Dñj voluere piandas
 Arbitror esse vmbas, bellum quas misit auerno
 Ante diem, fluuiiq; errant hæc littora circum
 Soluendi a nobis cupidæ mortalibus auris,
 Ac primum inferias patriq; vmbriq; dicabo,
 Ausriadum Heroum, quibus alta ad sydera vectis
 Dona tuli, atq; libens stauravi sacra quot annis.
 Postmodo cum primum per terras fulserit almo
 Septima lux cœlo, Titanq; obtexerit astra
 Quadriiugum ludos statuam, cum carcere aperto
 Exilit, æripedum furor, & metam igneus optat.
 Hinc cæstu quicumq; volet, cursuq; volantum
 Decertare pedum, aut nudam exercere palæstram
 Seu transnare vndas, & verrere flumina planta.
 Aut melius quicumq; arcus scit tendere Eburnos.
 Quiq; grauem disci massam collimat ad vnguem

AVSTRIADOS

Adfint, victori referet sua præmia virtus.
 Donatq; omnes facto certamine abibunt.
 Nuntia Belgarum fama est delapsa per vrbes
 Interea, & vero passim rumore futuras
 Nuntiat exequias, nec non certamina in vrbe
 Predicat agrippæ, mora præcipitatur, & omnes
 Conueniunt, latiq; replent vaga littora Rheni.
 Primus enim ante alios, fontis ferrugine gatidens,
 Qua sacrum attollit caput auxiliaribus vñdis
 Thongrus adest, linquntq; suas Eburones aras.
 Hic etenim, vt memorant, saxo nigrante, quod alto
 Eruitur monte, & carris vectatur ad vrbes,
 Conficiunt ignem, sed non ardere prius, q̄
 Humeçtetur aqua, lapidum perhibetur aceruus.
 Nec non & flauam, quam Gallia pinsit Arincham
 Vrbs secat, & niueis alitur gens mystica crustis,
 Hinc haud vitiferi Treuir sulcator obrinci
 Bonnaq; & antiquis gaudens quoq; Lupia muris.
 Defuit & timidus nec fontibus aduena Brugis,
 Et clara Austriadum titulis Hannonia regum,
 Extremiq; hominum Morini, totumq; Melinum
 Machlynumq; & mercaturæ Anthuerbia foelix,
 Et picturatis diues Bruxella tapetis
 Innumerumq; genus Gandauo fluxit ab vrbe.
 Nec non & trepidū impellit tunc fama Nemetam,
 Atq; Argentorato volat ad certamine pubes.
 Dum properant cuncti, templo sublimis in alto
 Arsura erigitur moles, proq; omnibus vna
 Manibus instruitur feralis pompa peremptis.
 Prisca superstio, circumq; Agrippides ægra

Voce gem
 Damnatu
 Circueu
 Vestimen
 Langrap
 Et Brunf
 Dona ser
 Flamma
 Aere son
 Quis an
 Dicitur, a
 In primis
 Argumen
 Ante om
 Cernere
 Marcom
 Antiquo
 Clotharij
 Ducitur, &
 Aspicit, hic
 Imperiur
 Egregiat
 Vnde ge
 Succedit
 Letiferun
 Impia cru
 Hunc seq
 Colla sup
 Expirant
 Hercul

LIBER DVODECIMVS.

Voce gemunt, nudantq; comas de more solutas
 Damnatumq; rogam flammis, simulataq; sacra
 Circueunt, vmbraſq; vocant ſimul atra gerebant
 Veſtimenta duces, Saxon ferus, Haſſius horror
 Langraphius, magno Vritenberzentius heros
 Et Brunſuychides Lunæ dux optimus vrbis
 Dona ferunt buſto, ſolido ditatur ab auro
 Flamma ſuperiecto. Interea ferale canebat
 Aere ſonans tubicen, Phrygioſq; in funere verſus
 Quis animas, Manesq; vagos firmiſſe vetuſtas
 Dicitur, atq; vmbriſ iram placiſſe trifaucem.
 In primis depicta trahunt ex ordine priſco
 Argumenta patrum, numeruſq; effertur auorum
 Ante omnes Priamū Francorum ab origine cretū
 Cernere erat, natumq; ſequi veſtigia patris
 Marcomyron, ſed paulo excelsior ire videtur.
 Antiquo Faramundus auo, longeſq; potentis
 Clotharij effigies multo ſœdata cruore
 Ducitur, & natum fugientem lumine toruo
 Aſpicit, hic etenim poſt cædem, & fata parentis
 Imperium linquens, ad Auantica regna reſeſſit,
 Egregiamq; Apis de nomine condidit vrbem
 Vnde genus fluit Auſtriadū, longo ordine demū
 Succedit proauis Albertus imagine mœſta
 Letiferumq; gerit tranſſixo pectore vulnus
 Impia crudelis deteſtans facta nepotis.
 Hunc ſequit regnoq; potens, dextraq; Rodulphus
 Colla ſuperiectis ducens Othocaron ahenis
 Expirantem animā a tergo ſtat proxima proles
 Herneſtusq;, Leopolduſq;, & maxima patris

A V S T R I A D O S

Effigies iam digna Deo, nigrisq; vehuntur
 Armentis, circumq; atros ponuntur ad ignes.
 Parte alia inferias, arsurasq; munera Treuir
 Gestabat lachrymās, meritosq; impendet honores,
 Atq; nouis ornant titulis, memoranda leguntur
 Facta ducū, cum sœua dies, seriesq; malorum est
 Germanas grassata vrbes, cum cedere victus
 Nec victor poterat, variisq; euentibus actum est.
 Hinc iacta arma virum clypei, currusq;, tubaq;,
 Aureæ & æripedum Phaleræ, præq; omnibus ipse
 Spargit funereo spumantia pocula lacte
 Cæsar, & Hyblæas nascentia mella per vmbas
 Coriciumq; Crocum, molli cinis ater oliuo
 Fragrat, & infuso deferuent busta cruore.

Tunc equites circum primo, turmæq; dolentes
 Perrexere pyram, ter cuncti ex more sinistrum
 Lustrauere rogam, terq; arma illisa fragore
 Horrendum tonuere, litantq; ad busta bidentes.
 Hic iacit in flamma Pharetras, ñ cingula soluunt
 Libamensq; vmbis donant, iamq; ipse laborum
 Ordo exhaustus erat, cineresq; elapsus in imos
 Mulciber, extremis tunc Cæsar funera verbis
 Prosequitur, latasq; affatur talibus vmbas.

Fœlices animæ quibus est suprema peracta
 Sors vitæ, terrisq; datum genus a Ioue summo,
 Iam salue atq; vale. pigeat nec tendere ad alta
 Astra, vel Elysios inter considere patres.
 Nec vereare, diem quem nunc sacrauimus, olim
 Semper honorabo, centumq; ad templa bidentes
 Setigerosq; fues, taurosq; litabo quotannis

Nigran
 His
 Austr
 Et cur
 Intere
 Luna
 Optat
 Virtu
 Iamq;
 Turbo
 Fama
 Cæsar
 Est
 Ambi
 Sylua
 Surg
 Hic la
 Natur
 Sylua
 Accip
 Cum
 Illuc
 Conu
 Culm
 Sylua
 Aeq
 Ampl
 Perde
 Nam
 Exill

LIBER DVODECIMVS.

Nigrantes tumulis, Manesq; ad sacra ciebo:

His dictis magna Heroes comitante caterua
 Austriadem læti magnum intra limina ducunt,
 Et curas demunt epulis, & vina propinant.
 Interea currus referebat septima cœlo
 Luna laboriferos, lucemq; reuexerat orbi,
 Optatumq; diem Phœbus, quo quisq; probaret
 Virtutem, atq; animũ magnis assuesceret actis.
 Iamq; aderant festa redimiti tempora fronde
 Turba Coloniadum pueri, innuptæq; puellæ
 Fama vocat cunctos, pugnaturæq; cohortes
 Cæsarei properant clamata ad classica ludi.

Est locus extra urbẽ, quẽ passim vmbonibus agger
 Ambient, & amplexu vallem tenet, algida sacro
 Sylua viret luco, & diui spectantur Aprici
 Surgere paulatim, sedesq; simillima circo est,
 Hic late apparent scabro subsellia Topho
 Natura confecta loci, qua Pana, Deosq;
 Syluicolas Dryadum sæpe indulsisse Choræis
 Accipimus, Satyrosq; Palem incendisse bicornes,
 Cum ciet agresti syluestria numina cantu
 Illuc mane nouo, Phœboq; rubentibus agris
 Conuenere omnes, vocesq; per alta volabant
 Culmina saxorum, fractusq; reuerberat aer,
 Syluarumq; altis respondent plausibus vmbra.

Ac primo Argyloras, prisco de sanguine cretus
 Amphithij, qui Marte Getas, belloq; furentes
 Perdomuit, sed magna olli fortuna refrixit.
 Nam pulsus regno, Cathorum venit ad oras,
 Ex illo fatus hic, celeres ad frena iugales

Ficta loci
 descriptio.
 Circo enim
 Romano al
 ludir.

AVSTRIADOS

Impellit, niueos maculis cingentibus harmos.
 His furor indocilis, pedibus concussa remugit
 Aeratis tellus, inhiant perflantibus altas
 Naribus exuuias, optataq; præmia palmae
 Mox Phrysiâ regione Thoas, certaminis ardor
 Olli par gliscit, cum despumantia colla
 Quadrupedantum vel laxat, vel frenat equorum
 Impetit Alipedes, quos (si nos credimus) vndas
 Aequoreas tranasse ferunt, & sæpius æstum
 Arctoo in Ponto perhibent superasse natando.
 Quin & Pannonio properans de vertice Lynceus
 Iazige præstat equo, & cursus regit ille volantes.
 Segnior hybernis Boreas Ponto incubat alis
 Euxino, verritq; vndas, minus effurit Auster
 Feruida gemmiferi cum turbat littora rubri.
 Nec te transibo, Geticis duo fulmina frenis
 Qui regis Hermontes, hic cinctus pelle leonis
 Infandus visu est, crudis micat intus abacta
 Lux oculis, cadit anguitenens a fronte Medusa,
 Tortilibusq; Apher nodis exsibilat aspis,
 Huius equi Austriaco certare in puluere sueti,
 Sessorem excutiunt fremitu, vincuntq; lupatos,
 Inde Dryas, fortisq; Linus, veloxq; Melampus,
 Ambo armis, curruq; ambo, lucentibus ambo
 Est dypeis spectare pares, vter vrgeat axem
 Fortius, incertum est, sequitur quos cætera pubes.
 Nec mora magnanimum, scabrosa sedilia circum
 Confedere duces, circumfusæq; cohortes
 Mistaq; montanas replebant agmina rupes.
 At Cæsar populis, solio venerandus ab alto,

Os sacro
 Qualis
 Quisv
 Effusio
 Dum r
 Et dicto
 Carce
 Obiici
 Clauf
 Bella p
 Sollicit
 Spuma
 Quali
 Errant
 Huic f
 Stat p
 Sedat,
 Vtq; p
 Aera al
 Fulmin
 Condu
 Impule
 Talia vi
 Exocu
 Puluer
 Proxim
 Naribu
 Iuppit
 Miratu
 Inferta

LIBER DVODECIMVS

Os sacrum ostendit, venientumq; aspicit ora.
 Qualis & aurigam melius vehat orbita campo,
 Quisve acres defrenet equos, cursuq; retardet
 Effusos retrahatq;, & Gyros cogat in arctos.
 Dum mores, habitusq; notat, dum singula lustrat
 Et dictis acuit magnis, animatq; pauentes,
 Carceribus clauduntur equi, normaq; retenti
 Obiicis, hi fremitant, illi (mirabile visu)
 Claustra terunt, nequeuntq; moram, nec tarda rotarq;
 Bella pati, trepidant auidi, motuq; magistros
 Sollicitant, altumq; grauis cauat vngula terram.
 Spumantiscq; auidus feruescit anhelitus oris.
 Qualis in Arcadij Pholoes cum vertice vidit
 Errantem Sparthana feram canis, instat eundi
 Haic furor, & crebris resonant latratibus vmbrae
 Stat pastor, lorumq; tenet, dextraq; furentem
 Sedat, & inuitos animos in vincla coerchet.
 Vtq; pares visi Tyrrhena, per aequora circum
 Aera altum sonuere, ruunt per plana, velut cum
 Fulmina desiliunt, vel ab altis montibus amnes.
 Conclamant omnes passim, quis fortius Eya
 Impulerit radios, metaq; reflexerit axem,
 Talia vociferans fatur dum turba, feruntur
 Ex oculis, & nube axes conduntur operti
 Puluerea, tantum voces, & verbera noscunt
 Proxima, feruet humus subter, flammaq; volantum
 Naribus exiliunt, superis pater astupet astris
 Iuppiter, & Getico properans a Strymone Mauors
 Miratur pugnasq; virum, currusq;, manusq;
 Infertas, & lora simul, miratur ad acta.

Aa

AVSTRIADOS

Verbera, & aurigas largo sudore natantes.
 It stridor cœlo, ferit aurea sydera clamor,
 Viciniqu; omnes assultant vocibus agri.
 Dum cursum agglomerant, obliquas flectit habenas
 Argyloras, curruq; citus dat lora secundo,
 Hyppæonq; acrem, velocemq; arguit Aethon
 Certantes ventis, & nubila prætereuntes.
 Ii flauas iactare iubas, capita ardua ferre
 Ad metam, & vastis disrumpere flatibus auram.
 Non tulit Hermontes, Pisæis tempora cinctus
 Frondibus, insultat contra, taliq; morantes
 Voce suos affatur equos, proh dedecus ingens
 Ardua Gesoracis gestis certamina arenis
 Victores, nunc qui vobis formidine tanta
 Crura labant: quæ desidia hæc? agite ite, prioremq;
 Eripite a palma, dixit, velocior Austro
 Argylorum exæquat cursu, iam cominus axes
 Axibus vrgentur, paribusq; per æquora iuncti
 Decurrunt spatiis, dumq; alter, & alter anhelans
 Impellit radiis radios, flammata rotarum
 Compago resoluta ruit, stetit orbita putri
 Argylori defixa solo, longeq; cadentem
 Præterit Hermontes, campocq; infertur aperto.
 Dant plausus tanto discussa sedilia casu,
 Dum volat ad metam subito percussa pauore
 Vocum, armenta retrocedunt, duroq; magistro
 Fluctuat huc illuc sonipes, tunc frena relaxat
 Ipse Dryas, Linus insequitur celeri axe Dryanta.
 Parq; Lino Lynceus, interq; Melampodis illos
 Arua rapit sonipes laua, turbatq;, abigitq;

Amboru
 Indignu
 Dum ru
 Peruolat
 Cernere
 Non alit
 Insequit
 Fallitur
 Ecce M
 Crinale
 Tranfabr
 Improbu
 Isq; vol
 Cum pu
 Quæ cir
 Extollu
 Et curru
 Dum nu
 Liber eq
 Lustrat
 Iam ne
 Attollit
 In capu
 Ore fer
 Phorcyn
 Ille indig
 Iniustus
 Sydera,
 Imping
 Tempo

LIBER DVODECIMVS

Amborum frena, & missus remoratur anhelos
 Indignum Linus exclamat se opponere campo.
 Dum ruitur metæ, sic altercantibus illis
 Peruolat ante Dryas, sed post sua terga Thoanta
 Cernere erat, pronumq; iubis, vrgere iugales
 Non aliter pauidas Alpino vertice Damas
 Insequitur post terga canis, similisq; tenenti
 Fallitur, atq; auido præda euanescit ab ore.
 Ecce Medusæis iterum serpentibus horrens
 Crinalem attollit contracta fronte Ceraftam,
 Transabiensq; fuga, vicinos territat axes
 Improbis Hermontes, aliosq; cohercet euntes,
 Isq; volat, veluti nigrantis Iuppiter aulae
 Cum pulchram sicula prædam deuexit ab Enna.
 Quæ circum Eumenides flâmas per inane rogales
 Extollunt, visiq; polus pallefcit ab Hydro,
 Et curru excutitur subita formidine Titan.
 Dum nullo regit æripedes moderamine, circi
 Liber equus per aperta vagans dispendia campo.
 Lustrat, & intactam ter circum serpere metam
 Iam negat, ipse auidus dum frena madentia collo
 Attollit, gestitq; miser retinere furentes
 In caput elapsus, pronusq; in verbera terram
 Ore ferit, gemit excussis serpentibus atra
 Phorcynis, virusq; altum vomit, & ferit auram.
 Ille indignanti similis, similisq; minanti
 Iniustos vocat ore Deos, iniustaq; mundi
 Sydera, & anguicoma denudat casside crines,
 Impingitq; solo, ferit vngue reuincta colubris
 Tempora, vipereumq; furens terit ore venenum.

AVSTRIADOS

Non secus excussus Dyrcaeis mœnibus heros
 Oenides, canibus diris agitatus auerni,
 Ore cruentato tristem Menalippon adedit,
 Turbatum casu Cæsar, raptumq; furore
 Demulcet verbis, & sæuas temperat iras,
 Terror equos agitat, creber quatit ilia flatus.
 Ii tamen in cursu perstant, & forte propinquus
 Substiterat metæ, contra indignatus euntes
 Emeritus sonipes, nunc hos, nunc impetit illos
 Calcibus, & morsu cunctos depellit hiante,
 Stat globus aduersum, & contra glomeratur, & vna
 Vi tentat depellere equos, magis ardua perstant,
 Tunc iuga, sanguineus circum spumantia anhelat
 Ora furor, gaudent nullo impellente magistro
 Effera laudato committere prælia campo,
 Dum pugnae incûbunt, iunctos compagine currus,
 Argyloras volat inde noua, nec tendere contra
 Est ratus æripedes, læua deflexit habenas,
 Obliquumq; rapit præceps, ac deuia campi,
 Nec mora, subtollens oculos ad sydera cœli
 Affatur superos, adsis o rector olympi,
 Et tu qui vultu lustras mortalia Titan,
 Hanc ego si victor, vestris dabo munere palmam,
 Suspendamq; tholis, axes & lora dicabo,
 Dixit, & alipedes tortis calcaribus vrgens
 Fœlicem metam, tandem insperatus obiuit
 Ter circum, propiusq; intra tulit orbita Gyros,
 Sic tandem Argyloræ mansit victoria freno,
 Excipitur plausu vulgi, cinctusq; corona,
 Aurca sublata tangebatur sydera dextra.

Olli mag
 Ex auro
 Vt viua
 Noctur
 Buffa N
 Ora leo
 Hæc fu
 Dente
 Pyrrhæ
 Testat
 Vagina
 At Thyl
 (Heu p
 lam sec
 Scindi
 Pyrrhæ
 Extul
 In dub
 Ad scel
 Incumb
 Sed
 Haud
 Hos C
 At tib
 Præbe
 Lata C
 Fabula
 Atq; a
 Exau
 Finxit

LIBER DVODECIMVS

Olli magnanimus Cæsar, dat munere pulchras
 Ex auro phaleras, circum Melibæa figuras.
 Vt viuas depinxit acus, ceu languida Thyfbe
 Nocturnas egressa domos, custode relicto
 Busta Nini quærit, ruit atro sanguine tinctus
 Ora leo, gestitq; sitim sedare calentem.
 Hæc fugit, hic sequitur, delapsaq; carbasa scædat
 Dente cruentato, properans inuenta resumit
 Pyrrhamus, atq; oculos ad conscia sydera tollens,
 Testatur mortem infandam, simul horridus ensem
 Vagina eripiens, pectus transfuerberat illo.
 At Thyfbe infœlix, iam pallida morte futura
 (Heu præfaga mali mens om̃ibus) horret, & audet
 Iam secura sui, flauentesq; vngue capillos
 Scindit, & exanguẽ tremebunda voce per vmbas
 Pyrrhamon exclamat, compertus lumina tantum
 Extulit ad Thyfben, visaq; recondidit illa.
 In dubio trahit ægra animos, furor vrget amantem
 Ad scelus, & tandem mortis formidine abacta,
 Incumbit gladio, vitamq; miserrima rumpit.
 Sed vos Hermontis fidissima cura iugales
 Haud frustra tantum putri bellastis arena,
 Hos Cæsar freno, & pulchris donauit habenis,
 At tibi qui propius metam rapis æquora Lyncei
 Præbetur Tyrio rursus saturata colore
 Lata Chlamys, vario viuut circumflua limbo
 Fabula Thesidæ, & miserandæ Pocridis ignes,
 Atq; amor Alcestæ, rigidum cratera Thoanti
 Ex auro donat Cæsar, quem pergama circum
 Finxit Apollineo manus exudata labore,

A a iij

AVSTRIADOS

Cadmæasq; lyra tollentem Amphiona Thebas,
 Inde Dryas quoq; munus habet, fortisq; Melāpus.
 Hic sibi gemmato circumdedit ilia baltheo,
 Ille Thuringensi geminos tulit ære Lebetas.
 Postremum famula Linus est donatus Eoa.
 Protinus ærisoni tolluntur ad æthera cæstus.
 Tergora cruda boum, multoq; nigra ntia plumbo
 Pondera, concusso strepuere sedilia circo.
 Fama est Aethnæis (si veri nuntia) campis
 His sudasse Erycem, qui victus ab Hercule magno
 Sicanium effuso maculauit sanguine littus.
 At fatus Alcmena Thebas inuexit honorum,
 Et Diuæ spoliū sacrauit Palladis aræ.
 Verum post longi delapsū temporis æuum
 Cum se Chalcidicis Germanica signa triumphis
 Ornarent, tremere q; Istrum Bœotica tellus.
 Hic honor Austriacas olim est delatus ad oras
 Pannonidosq; alta seruatus in arce Vianæ,
 Protinus exiliens rapido violentior Euro
 Agmine Saxonum, in medium procedit Alartes.
 Huc precor o proceres, de tot modo milibus vnum
 Mittite aūt pugna, veniant quicunq; morabor
 Audaces animi, atq; vtinā mihi monstra darentur
 Taurominitanis qualem Polyphemon in antris
 Esse reor, vel cum rugit sub rupe Typhoeus
 Concussa, & moto carealis fluctuat Aethna.
 Aut Libs Antæus, Lapythumq; immanior omni
 Hylæus turba, non hic cratera Lyco
 Spumantem multo, vibrataq; pocula Marte,
 Sed totum aspicias vndantem sanguine terram.

Vulnific
 Attoniti
 Efficit, S
 Tandem
 Voce gr
 Demulc
 Aerifor
 Ad coel
 Expau
 Et palle
 Stant hinc
 Et Marti
 Consiliu
 Vtq; loc
 Alterius
 Visu at
 Non ali
 Littora
 Pugna
 Attoniti
 Erecta
 Ponder
 Inuafer
 Ingem
 Vtq; cau
 Littora
 Hic leu
 Castibu
 Suetus
 Arte val

LIBER DVODECIMVS

Vulnificum medio cum proruit aere plumbum
 Attoniti tacuere omnes, pavor ipse silentes
 Efficit, & nulli tentant contra ire furentem.
 Tandem Vandalica cretus de gente Menesteus
 Voce grauis, toruisq; oculis, cultu horridus, atram
 Demulcens barbam, contra indignatur, & acer
 Aerisonos vasto tollens cum murmure caestus,
 Ad caelum iacit, & sursum intra nubila condit.
 Expauere Dei, tremuit nymbofus Orion,
 Et pallens celeri fugit Proserpina curru.
 Stant hinc inde minae, furor huic, illi aspera virtus
 Et Marti par dextra ferox, sed disparis vsus,
 Consilium, stimulosq; necis, viresq; ministrat.
 Vtq; locum tenuere, oculis perlustrat vterq;
 Alterius vires, aciemq; in vulnera tendit.
 Visu animi stupuere omnes, timor obstruit ora.
 Non aliter q; si concurrant forte leones
 Littora Arenosae Libyes, aut Indica tygris
 Pugnã agat in tygrin, vasto silet æquore Ganges
 Attonitus, subterq; pauens, celer Indus anhelat
 Erecta fremit aura manu, explorataq; tandem
 Pondera permensi, sese vigilantibus vna
 Inuasere oculis, caestu latera ardua pulsant,
 Ingeminantq; sonum, stridentq; sub ictibus æra.
 Vtq; cauis Auster frangit tumida æquora saxis
 Littora conclamant, syluae, freta, nubila, montes.
 Hic leuior pedibus, saltu stridentibus instat
 Caestibus, ast alter grandi maturior æuo,
 Suetus Vandalicas intercertare palæstras
 Arte valet, vigor ingenio, experientia Martis.

A a iij

AVSTRIADOS

Nunc rotat aduersum, nunc in sublime fatigat
 Brachia, nunc celeri declinat pondera lapsu.
 Verum alter, cui non tantum rationibus vti
 Mens furiiis agitata potest, tantumq; nocendi
 Prodigus, incaute totus ruit, & nocet ipsi
 Sæpe sibi, & vires animoso conficit ictu,
 Cautior alter erat, sæpe ingeniosus in hostem
 Effurit vt præcepit, fallitq; supraq; minatur
 In caput, at læsis liuescit pondus in harmis.
 Vincitur arte furor, tamen instat & ille, fremitq;
 Dentibus horrendum, immane ac mirabile dictu
 Sanguineus, tollitq; altum super æthera crudum
 Tergus, & in celeres intendit brachia gyros.
 Sic ambo insurgunt, quales per prata feruntur
 Pugnantes tauri, vel cum duo flumina ripis
 Concurrunt, pulsique fremunt sub gurgite cautes.
 Etiam certantem labor, & suspiria vtrunq;
 Aegra fatigabant, sed prouidus arte Menesteus
 Sæpius ipse sibi, vacuoq; pepercerat ictu.
 Atq; vt perfractum pugnando vidit Alartem,
 Brachiaq; ærisonos vix attollentia cæstus
 Erigitur, pugnamq; nouus velut isset in ipsam
 Cedentem toto cæstu ferus impetit aruo.
 Nunc humeros, pectusq; ferit, nunc tēpora circum
 Illidit vulnus, fluit atro sanguine campus.
 Mox Saxon cadit infrendens, pallentiaq; ora
 Intorquens rabie, stridet graue, protinus omnis
 Executitur casus dira ad spectacula pubes,
 Desuper incumbit victor, totumq; supinat
 Pectus adhuc toruū, & flammam spirantia ad auras

Guttur
 Ni Ca
 Accur
 Egreg
 Pector
 Victo
 Huic
 Præb
 Pro
 Prim
 Cursu
 Stant
 Stel
 Grat
 Cert
 Et vil
 Alcy
 Et gen
 Nec
 Ocy
 Muly
 Exte
 Sthe
 Pulc
 Aut
 Vtch
 Nud
 Exp
 Cor
 Vnc

LIBER DVODECIMVS

Guttura, cogissetq; animam dimittere circo,
 Ni Cæsar dextra finem, nutuq; dedisset,
 Accurrunt fortisq; Dryas, acerq; Melampus,
 Egregiusq; Thoas, stimuloq; agitata furoris
 Pectora demulcent, & sorte Menestea dicunt
 Victorem, exanguemq; ferunt, stratoq; reponunt.
 Huic cæstū insignem, & longæuū cornibus Vrum
 Præbuit Austriades, tanti pro munere Martis.

Præuocat interea, quos iam lanuginis atas
 Prima tenet, nullaq; gerunt ora aurea barba,
 Cursus pacis opus, studium nec inutile belli.
 Stant circum iuuenes euincti tempora ramis
 Sthesicorus longe ante alios (cui plurima formæ
 Gratia) se coram vultuq;, oculisq; micantem
 Certaturum offert, sequitur Saxonus Opheltes,
 Et victor Phrysiâ multum in clamatus arena
 Alcudamas, celeres fama hunc præcurrere ventos,
 Et gelidas inter deprendere Dorcidas alpes.
 Nec minor hoc Thrasias, Phlegiasq;, & Auarpi
 Ocyor hic Parthi iaculo, cressisq; sagittis. (us Aëbron
 Multaq; præterea properat sine nomine turba,
 Extemplo nudant artus, super aureus omnes
 Sthesicorus micat, huic vultus effulget imago
 Pulchra, Deo similis, qualem Tegeæus alumnus
 Aut læta ostendit facie crinitus Apollo.
 Ut chlamydem posuere omnes, micuitq; peruncta
 Nuda oleo de more cutis sublimina clausi
 Expectant auidi signum, quo grandinis instar
 Corripuere, dato spatium volat ocyor Euro
 Vncta cohors, Parthiq; fuga, atq; his tardius ipse

Cursus cer-
 tamen.

AVSTRIADOS

Credebantur equi, stupet aura, notusq; volantes.
 Sthesicorus iam prima tenet spatia, instat Opheltes
 Attingens humeros, Thrasia sed tertia palma est,
 Proximus Alcydamas, Phlegiasq; sed ultimus Aebron.
 Pone sequebatur puerorū incognita turba, (bron.
 Intenduntq; pedes, iam paulum elapsus Opheltes
 Sthesicorū exuperat, celer huic par, imminet asper
 Alcydamas, paruoq; tenent discrimine cursum,
 Ambiguumq; vter inde prior data signa subiret,
 Currebantq; pares, sed non tulit ista secundo
 Sthesicorus spatio, fundensq; a vertice crines,
 Auricomo veluti Paphius cum Lucifer astra
 Exuperat cursu, cunctosq; intermicat ignes,
 Transadiit, celeriq; fuga praeuertitur omnes.
 Pone subit Phlegias, spatiiq; extrema tenebat.
 Anteierat sed forte pedem puer Aebron Opheltis
 Supplantat pedem, proh dulci fors inuida palmae,
 Hic cadit in vultum, putriq; recumbit arena
 Sthesicorus sic ante fugit, victorq; propinqua
 Limina pronus init, foribusq; irrupit apertis,
 (Stabant namq; fores circo) cursuq; secundo
 Alcydamas fertur, sed tertius Aebron, eumq;
 Pone secat Phlegias, sed casu extremus Opheltes
 Exclamat longe. si praemia prima darentur
 Sthesicoro indignū, nam me puer improbus Aebron
 Impediit, palmamq; dolo mihi sustulit, inquit.
 Sic fatus, lachrymis oculosq; genasq; madescit,
 Et regem implorans, scindit quoq; pectora planctu.
 Sthesicorus contra palmam petit, ipsa iuuabat
 Praestans ambrosios iuuenilis forma per artus,

Et dec
 Grati
 Caela
 Hic t
 Sic or
 Post
 Signa
 Pectel
 Tang
 Lauu
 Cyclon
 Sed vi
 Necsi
 Quan
 Vastat
 Tem
 Illa m
 Vix cu
 Hinc
 Sape
 Haud
 Vnxi
 Staba
 Defici
 Proru
 Curru
 Necb
 Pectu
 Com
 Exhat

LIBER DVODECIMVS

Et decus in vultu, lachrymisq; accesserat ortis
 Gratia, contenduntq; pares, compescite litem
 Cæsar ait pueri, torquem qui primus habeto,
 Hic tuus arcus erit, Pharetras plebs cætera sumat,
 Sic omnes dono cursus rex optimus æquat.

Post vbi currendi labor est exhaustus, ad vinctam
 Signa viris micuere Palen, animosa citantur
 Pectora luctantum, properat quem gloria Martis
 Tangebatur iactator auum, stirpisq; Machareus
 Lauonum de gente fatus, qui corpore laxo
 Cyclopem exuperans cælum prope vertice pulsat.
 Sed vigor effœtus, roburq; in mole refriget,
 Nec sibi confimiles vires natura ministrat.

Palæstre cer
 tamen.

Qualis nymbofo deprenditur æquore vento
 Vasta ratis, crescunt vnda, freta concitat Auster,
 Tempestasq; mouet vulso vada cærule fundo.
 Illa mare insidi t, premiturq;, & tarda supinum
 Vix caput attollit hiscens compagine moles.
 Hinc contra insurgens animoso pectore Tharcon
 Sæpe Caledonia solitus sudare palæstra,
 Haud timet ingentes artus, sed protinus extra
 Vnixit Palladio gaudentia membra liquore,
 Stabat vterq; ferox, & oliuæ puluere fufum
 Desiccant laticem, mox, ceu duo fulmina contra
 Proruerent, vel cæsa Ornus propelleret ornum,
 Currunt in pugnam, ruit alta mole Machareus
 Nec bene curuatur, tantum trudebat, at alter
 Pectus agens, humeris collum summittit, & vrget
 Complexus medium dextra, lauaq; reuincit,
 Exhaustiq; virum, & compressis ilibus arctat,

AVSTRIADOS

Ponderibus premit ille suis, nexusq; resoluit
 Infertascq; manus, iam creber anhelitus olli
 Crescit, & humentes feruent sudoribus artus,
 Conseruere manus iterum, nunc pectore pectus,
 Nūc genibus genua ægra labant, nūc pes pede cōtra
 Calcatur, nexuq; parat crus crure ruinam
 Ambobus, nunc terga retrocedentia Tharcon
 Vi nectit multa, nodisq; interplicat arctis,
 Et vastum attollit (visu mirabile) monstrum.
 Non secus Herculeis Libs exudasse lacertis
 Fertur, & intacta, sublatus in aere, terra
 Indignantem animā tenues vomuissime per auras,
 Nititur hic contra, & supra caput improbus astat
 Mole graui, viresq; premit Tharcontis & ardet.
 Olli felle iecur, magnocq; effœtus hiatu
 Spiritus egeritur, fremit altum, turbidus ore
 Eructat saniem, & vastis complexibus horret.
 Intumueret tori rabie, raptusq; pudore
 Ingentes motu prægrandi concutit artus.
 Sic Elephas fixam mota cute discutit hastam,
 Quā curuo Garamas Nasamonve intorserit arcu,
 Executitur Tharcon, digitorum vincula frangit
 Tempestas, fortiq; abigit Tharconta repulsa.
 Semiuir exclamans reditu violentior instat
 Tharcon, & Obnobios æquātem vertice montes
 Circuit, inq; humeros pectusq; latusq; minatur,
 Insidiisq; locum captat, ceu rupibus altis
 Menali Pholoes, clausum lupus ambit ouile,
 Perlustratq; oculis aditum, ruit arduus ille
 Aduersum, tantoq; gemit sub pondere tellus.

Alatere i
 Alligat, e
 Ille reluct
 Arctatos
 Soluere r
 Distracti
 Trusit in
 Inq; put
 Puluere
 Sic excifa
 Aereaq; c
 Procumb
 Tandem
 Ora gerit
 Cateraq;
 Palmam
 Candida
 Condit
 Ruptum
 Lux, ortu
 Casar, qu
 Septum ai
 Phocai
 Materna
 Vel cum
 Admisce
 Lucifer in
 Aduexer
 Egreditur
 Surgēs m

LIBER DVODECIMVS.

A latere interea Tharcon volat, ilia nexu
 Alligat, exhaustamq; premit iam viribus aluum
 Ille reluctanti similis, similisq; cadenti
 Arctatos crurum nexus, manuumq; requirit
 Soluere nequicq;, at sublimem tollit in auras
 Distractis pedibus Tharcon, penitusq; labantem
 Trusit in obliquum, ruit alta mole Machareus
 Inq; putri, iacuit vultu resupinus arena,
 Puluerea inficiens ora indignantia terra,
 Sic excisa abies, sic & Germanica Taxus,
 Aereæq; Orni, sic coniferæ Cyparissi
 Procumbunt, circumq; imæ dant murmura valles.
 Tandem surgit humo, foedataq; puluere Saxon
 Ora gerit, victi rex ad spectacula risit,
 Cæteraq; erecti plauserunt agmina circi.
 Palmam Tharcon habet, viridiq; decorus oliua
 Candida purpureis subnectit tempora Tænis.
 Condiderat Titan, iam fessus in æquore lucem
 Ruptum opus in circo, ludos vocat altera sacros
 Lux, ortusq; die, solio tunc surgit ab alto
 Cæsar, quē proceres mediū intra limina ducunt
 Septum armis, ipse altus mediis in milibus ibat.
 Phocaicis veluti Phœbus mouet agmina Delphis
 Maternam in Delon micat, & supereminet omes.
 Vel cum cœlicolas inter se Iuppiter aureus
 Admiscet, curas paulum, fulmenq; remittens.
 Lucifer interea, & Sol fulgentissimus orbi
 Aduexere diem, rursus stipante caterua
 Egreditur Cæsar, sic inter sydera, & altos
 Surgēs mane nouo resplendet Phosphorus ignes.

A VSTRIADOS

Tunc solio affatur cunctos, & talibus hincit,
 Accipite ergo omnes, animoq; hæc figite dicta,
 In primis fluuio nandum, nam priscus auorum
 Ludus erat, iuuenumq; labor, cum Martia tela
 Ianus, & armorum tristes comepseret æstus.
 Adsit item quicumq; arcus scit tendere eburnos,
 Postremum iacto claudam certamina disco.
 Sic ait, & rapido spumantem gurgite Rhenum
 Perrexit, trepidant populi, studioq; videndi,
 Non certaturi genus innumerabile vulgi.

Nantiū in
 Rheno cer-
 tamen.

Iamq; aduentarant ripæ, vis ignea pubem
 Sollícitat, laudumq; decus, sic quisq; volabat
 Ad fluuium, & fertis se versicoloribus ornat.
 At primum Alcetes, & flauo vertice Pentheus
 Vangionum de stirpe fatus, fratresq; Melinus
 Alter Imas, duo Pannonij, sed Rhaticus Aíax
 Ante omnes arcto vestem diffibulat auro,
 Membra nitent, extraq; decus resplendet apertum
 Pectoris, ipse oculos oleo de more perungit.
 Nudatosq; artus, sequitur quem cætera pubes
 Phedimus, in tonsusq; Idas, pulcherq; Phenæus,
 Et breuis Antenor, Nasoq; resectus Hyalcas,
 Lyntius Hastidamas, tristiq; sub omine natus
 Hyrcius, & tortis incedens cruribus Andes,
 Sarmaticusq; polas, vastoq; assuetus in Albi
 Nare Capys, celeresq; manu deprendere pisces.
 Ut nudi effulsere artus, facto impete ripa
 Desiliunt, fluuiiq; secant vada cærulea palmis.
 Exoritur nantum fragor, & stridore resultat
 Littus, vbi medias rixam incepere per vndas.

Nunc su
 Vrinate
 Quisq;
 Enatat a
 Victor en
 Qualis in
 Glaucus
 Nunc vo
 Adnant
 Prospici
 Voluit
 Fertur aur
 Impellit
 Mirantur
 Vorticib
 Egreditur
 Attollit
 Ille leuis
 Quam ma
 Pone hury
 Aequor
 Non equ
 Profecu
 Pulcher
 Spuman
 Turre de
 Fluctuat
 Ripa am
 Etiam v
 Cursu in

LIBER DVODECIMVS.

Nunc subter labuntur aquas, nunc desuper acti
 Vrinantq; vado, & vultas ostendere arenas
 Quisq; cupit, tectus spumus ingentibus Ajax
 Enatat ante alios, & hians in gurgite vasto
 Victor erat, cursuq; alacer ripam inde legebat.
 Qualis in Ionio Meliten, pulchramq; Thalam
 Glaucus amans sequitur, viridique excelsus in Alga
 Nunc volat, & Ponto velox nunc mergitur imo.
 Adnans talis recta ceruice Melinus
 Prospiciens, quo pergis ait, simul ista locutus
 Voluitur in caput, & subter vada caeca reluctans
 Fertur aui similis, flatumq; occludit in alio,
 Impellitq; manu fluctus, & separat vndas
 Miranturq; moram cuncti, creduntq; sub imis
 Vorticibus pressum, subito cum flumen ad auras
 Egreditur, sursumq; caput, crinesq; madentes
 Attollit, turbat victorem, abigitq; premitq;.
 Ille leuis veluti sub flumina mergitur hasta,
 Quam mox impatiens vnda eiaculatur ad auras,
 Pone hunc a tergo frangit spumantia Pentheus
 Aequora, nec lapsis requies datur vlla lacertis.
 Non equidem Europes taurus sic nauit adulter,
 Prosequitq; fretum, nec sic sua brachia mouit
 Pulcher Abydenus, cum Sestias anxia cura
 Spumantes per aquas adnans vidit, & alta
 Turre dedit signum furtorum conscia lampas.
 Fluctuat vncta cohors, fremituq;, & voce reclamationat
 Ripa amnis, stimulat cunctos sic ardua virtus.
 Etiam Vangionum cretus de stirpe Melinus
 Cursu inhiat ripae, leuis Idas, Sthesicorusq;

A VSTRIADOS

Adnantes obliqua tenent, & viribus obstant
 Remigiisque humerum, fugientemque inde Melinum
 Impediunt, reuocantque fugam, clamoribus Andes
 Excitus, motum pedibus diuerberat amnem,
 Laeus imas fertur, ruit alter in æquore Panno
 Dexter, & assuetus gelidum transnare per Istrum
 Vix mouet excussis in flumine Brachia palmis,
 Hyrcius extremo luctans certamine, victus
 A rapidis raptatur aquis, & vortice vasto
 Opprimitur, subterque imas reuolutus arenas,
 Expirantem animam sub gurgite condidit imo.
 Dant lachrymas, casumque gemunt insonnis amici.
 Interea Anthenor, vultuque informis Hyalcas
 Alta tenent, Atacen superantes Therpsilocumque,
 Formosumque Idan, & flauo Penthea crine.
 Parte alia non segnibus imas, & Pannon anhelans
 Ambo pares annis animoque, & viribus ambo,
 Ambo suesti vndis, alternis nexibus arcti
 Ripæ aduentabant primi, nam cætera pubes
 Lapsa erat, & longe vastis errabat in vndis,
 Et simul optata madidi potiuntur arena.
 Dant plausum, fremitusque virum caua littora complent,
 Poscit Imas palmam, Pannon negat, actus uterque
 Inuidia est, creuere minæ, prior improbus ante
 Pannon ait, vici, irarumque impulsus ab æstu
 Proruit in crines, & verberare pectora plaigit.
 Infandum proclamat Imas, simul ilia nexu
 Complicat, obliquumque ferox prosternit arena,
 Luminaque iniecto niuentia puluere cæcat,
 Oraque contundit pugnis, genibusque reflexis

Indignar
 Euellit cr
 Exilit Ale
 Atque alte
 Phedimur
 Nabat ac
 Halidar p
 Antenor
 Concur
 Concilia
 Imperat Ar
 Iudicium
 Foedati v
 Diffona v
 Suffragur
 Hicnant
 Iustitiam
 Proni an
 Tenc ait
 Par fuit
 Rursus a
 Gurges,
 Limite cu
 Sic fatus
 Puluerule
 Di qui per
 Labentes
 Aequoral
 Atque meas
 Adsis Rhe

LIBER DVODECIMVS

Indignantem animam nixus premit, ille reluctans
 Euellit crines, & morsibus instat iniquis.
 Exilit Alcetes fluuio, fraterq; Melinus,
 Atq; alter Pannon, quartus sub littoris oram
 Phedimus, in tonsusq; Idas, pulcherq; Phenæus
 Nabat adhuc, tortusq; Andes, & turpis Hyalcas
 Hastidamasq; acer, sed leua parte secabat
 Antenor, iunctusq; Polæ, Capys exit ab amne
 Concurrunt, dirimuntq; ambos, animisq; furentes
 Conciliant, regemq; peti, in discrimine tanto
 Imperat Alcetes, trabea rate transuada vecti
 Iudicium magno regis clamore requirunt
 Fœdati vultus, & tumsi pectora pugnis.
 Dissona vox voti est, variû, & mutabile vulgus
 Suffragum, hic merita decorabat Pannona fronde,
 Hic nantem laudabat Imam, & ni palma daretur
 Iustitiam non stare loco, dum hinc inde feruntur
 Proni animi, regis fecere silentia nutus.
 Tunc ait o iuuenes, tantam compescite litem
 Par fuit amborum virtus, par cursus in vnda
 Rursus aquis tentandus honor, rursusq; secandus
 Gurges, & incurfu fraus absit, abite, simulq;
 Limite currentes flumen transcendite ab vno.
 Sic fatus Cæsar, tacito tunc pectore supplex
 Puluerulentus Imas, fluuiorum numina adorat.
 Dî qui per rapidos bigis decurritis amnes,
 Labentes supra, subterq; fluentia terras
 Aequora lustratis, præfens aduertite numen,
 Atq; meas audite preces, tuq; o mihi dexter
 Adsis Rhene pater, thalami Deus arbiter olim,
Bb

AVSTRIADOS

Nanq; tuo prolem proiectam in flumine Celtas
 Explorasse nouam referunt, si littora tangam
 Ipse prior, sacris fumantia lancibus exta
 Imponam, & niueum mactabo in littore taurum,
 Porriciamq; altas fragrantia vina per vndas,
 Audiit hæc Eratoq;, Pherusaq;, Dynameneq;
 Plexaureq;, Galax aureq;, & Dorides omneis.
 Vix fluuium tetigit planta, vix brachia mouit
 Cum subito ante fugit, mediisq; elabitur vndis.
 Cærulei impellunt illum Tritones euntem,
 Flauaq; Cydippe, roseisq; Arethusa capillis
 Adiuuat, & circum officio Portunus anhelat,
 Ille volat præpes, sic Menalian Atalantam
 Cernere erat, cum Parrhasios fugiebat amantes
 Per Pholoen, Nonacrinq;, & gelidum Lampeum,
 Victor Imas tandem ripam legit, & prior ore
 Attingit resupinus humum, atq; in littore ponit
 Tabentes artus, sequitur longo interuallo
 Iam lassus Pannon, frendensq; exæstuat ira.
 Contra exultat Imas, Cymbaq; vndante reuectus
 Donatur tauro candenti, & casside pulchra
 Pannona Carbaseo Cæsar solatur amictu.
 Nec mora, coueniunt arcu, Pharetrisq; decora
 Turba ingens iuuenū, promuntq;, acuitq; sagittas
 In primis Saxonus Abas, & Tongrus Oraules,
 Auratis squallent sagulis, & tendere nervos
 Assueti Scythicos, auidi certamina poscunt.
 Parte alia Alcathous, pariterq; Trybotius Elmon,
 Et Sueuus Lydas, & Machinæus Ianthes,
 Corrhadusq; senex, claud⁹ Lyris, & strabo Perseus,

Certamen
 sagittarioꝝ

Arma pa
 Prospici
 Interea
 Proflit u
 Figere au
 Huicfer
 Arcumq
 Victor d
 Nec qui
 Verum a
 Aegre ab
 Continue
 Oceanu
 Lis finen
 Tunc u
 Ludorur
 Longius
 Protinus
 Tres Lys
 Chorebus
 Carnus
 Hellsacu
 At pri
 Flectit tu
 Nunc rot
 Illicet insu
 Vndantet
 Ille volat
 Fluctuat
 Leuus ab

LIBER DVODECIMVS

Arma parant, fixumq; oculis niuentibus orbem
 Prospiciunt, ineuntq; acris praeludia pugnae.
 Interea Antilochus Styriis in finibus ortus
 Profilit in medium, solitus qui saepe volantes
 Figere aues, scopulisq; auertere Dorcadas altis.
 Huic fertur quondam in syluis Dictyna dedisse
 Arcumq; & Pharetras, & cum certaueris, olli
 Victor dixit eris, sic fama ado leuerat ingens,
 Nec quisq; audebat, contra contendere neruo.
 Verum altercando paulatim rixa cohorta est
 Aegre aberant pugna, vixq; atra a caede minaces
 Continuere arcus, at Caesar cum occiduis Sol
 Oceanum peteret, praesensq; habitura nec esset
 Lis finem, vetuit quemq; certare sagittis.

Tunc vocat ad discos, & ahenae pondera massae
 Ludorum extremum munus, quos elicit ardor
 Longius emisso contendere viribus orbe.
 Protinus ingreditur campum delecta iuuentus
 Tres Lysij, duo saxones, cretusq; Bathauis
 Chorebus, magnusq; Bythes, Thyrolaeus Asylas
 Carnus & Endymion, Styriaq; Melaones ortus,
 Helfaciusq; Melas, & natus Amimone Phoenix.

Ludus disci

At primū Endymion discum capit, omnis in illum
 Flectit turba oculos, spatiumq; immane remensus.
 Nunc rotat in sublime orbem, nunc pronus arenae
 Illicet insurgit, celeremq; innixus ad ictum
 Undantem emisso diuerberat aera disco.
 Ille volat, flexusq; trahit, compulsa velut cum
 Fluctuat Assyrio velox, Parthoq; sagitta
 Laeuis abit, casuq; nequit contingere metam.

Bb ij

AVSTRIADOS

Inde Bythies molitur opus, qui corpore magno
 Membrorum spatio ingenti, & ceruice superbit
 Elata, tollitq; altum, ceu tartara in imo
 Insurgit Titius, cum esu vacat improbus ales:
 Ipse suo tantum lætatur robore, Dysci
 Arte caret, nam dum alta oculis, signūq; capessit
 Ad metam nixu horrendo dum ventilat orbem,
 Elapsum manibus pondus cadit, irritus vlnæ
 Conatus perit, dextramq; reliquit inanem.
 Exoritur vulgi risus, post tertius extat
 Endymion, terra versans & puluere discum.
 Quæ pars sit digitis, qua palma stet aptior orbi
 Inquirit, pondusq; librat, iactumq; per auram
 Immensis agitur gyris, & nubila lambit,
 Et rediens metam ternis prope constitit vlnis.
 Callidus hunc sequitur, doctusq; hac arte Melaon,
 Quem Dysco puerum teneris assueuerat annis
 Coniugis orba parens (mirum dictu) alta solebat
 Culmina, & impulsam trāsmittere flumina massam.
 Protinus & dextræ, atq; suæ non immemor artis
 Attollit stipatq; latus, digitosq; torosq;
 Consulit, vt patulo iam pugnaturus in agro
 Taurus, Chaonia prætentat cornua quercu,
 Inq; aciem struit, & contra violentior hostem
 Corruit, experta committens prælia fronte.
 Nec mora contorquens maturo turbine pondus
 Collimat, longaq; altum dectit habena
 Et trahit ad signum, mediocq; in vertice metæ
 Condidit, atq; aliis vota interrupta repressit,
 Sic frustra Lysij, Saxonq;, & Amimone natus,

Atq; M
 Bile tu
 Conto
 Ampl
 Excip
 Mox ic
 Purpo
 Artita
 Iple
 Expa

Am
 Con
 ab vn
 reper
 sis, vt
 cand

Eug
 I
 Per
 N

LIBER DVODECIMVS

Atq; Melas certare negant, Tyrolæus Asylas
Bile tumens, dyscum insignem certamine auorum
Contorsit rapidam Rheni violentus in vndam,
Amplius ad nullas inquit, iactabere metas.
Excipiunt plausu, laudantq; Melaona cuncti.
Mox Apices dono afferri Cæsar iubet olli
Purpureos, Chlamydemq; infra quã cinxerat Aeno
Artificis manus, atq; vndam discreuerat auro
Ipse super vehitur curru, populosq; reuisit,
Exposcitq; suum, iam Martia Roma tonantem:

Aufriadus Libri. XII. FINIS.

AD LECTOREM.

Argumenta quæ singulis libris præponuntur, ne
Conditori operis adscribas monemus. Vix etenim
ab vno vel altero poetarum veterum factum id ipsum
reperies. Quisquis is fuerit, gratificari voluit studio-
sis, vt summam quid quouis libro tractetur Lector
candidus possit apprehendere. Viue foelix.

N. Gerbellius Bartholino.

Euge tuum mirantur opus, tua carmina adorant
Pyerides, ridet conciliata Venus.
Per virides lauros iurat crinitus Apollo,
Nil aliud toto dulcius orbe legi.

Bb ij

AVTHORIS AD POSTERUM

tatem protestatio.

Iam bisquinque meis multum euigilata per annos
Austrias, elapsa est manibus, sed numina testor,
Me vetuisse diu, ne tam mea carmina partu
Immatura rudi, nec adhuc vulganda latinis
Exirent abolenda viris, qui legeris hospes
Da veniam, canimus nullis tentata Camœnis
Arma prius, Cyrrhaeque ferens de vertice Musas,
Primus ego ingredior Germana per oppida Vates.
Spero autem post me, quod si mea carmina Cæsar
Pacato accipiet vultu Germanicus olim,
Semper erunt operi laudes, & gratia vitæ.

LECTOR BONI CONSULE.

IO. PETRI FERETRII RAVENN. AD

Riccardum Bartholinum, Vatem & flaminem
Perusinum, ELEGIA.

ΣΑΤΥΡΙΚΗ

55

Docta Philetæis ludat redimita corymbis,
Et canat ætherios nunc Elegia modos.
Cingite virginea flauentia tempora Lauro,
Spargite Pierides per iuga summa Rosas.
Tus, myrrham, & costū, redolentia Cinnama tēplis,
Liliaque, & flores casta Minerva ferat.

Rideat,
Ride
Orient
Exhi
Tange
Tan
Phoebe
Cre
Celsa T
Nec
Isthmia
Et sin
Smyrna
Man
Desinat
Et ca
Semine
Qua
Ipse reper
Nim
Virginel
Conu
Cogit &
Bacch
Tanta illi
Graci
Munichio
Nunc
Largius
Decur

Rideat, & cantus Parnassus ad æthera tollat,
Rideat arguta collis vterq; Lyra.
Ornentur postes auro, nitidoq; Elephanto,
Exhilaretq; suum lumen vterq; polus.
Tange Chelyn, nouus ingreditur tua tēpla sacerdos,
Tange Chelyn, vireant & tibi Phœbe comæ.
Phœbe comæ vireant tibi, iam noua fama per orbem
Crescit, & Aonidum fertur ad astra decus.
Celsa Terapneæ lustrentur templa Diones,
Nec puer Assyrio dulcis odore vacet.
Isthmia nunc celebri Venus est cantata cothurno,
Et simul aligeri tela cruenta Dei.
Smyrna suum Vatem, nec iactet Thusca Maronem
Mantua, Vergilio Mantua clara suo.
Desinat excelso cataphractum extollere cantu,
Et canere altifona cesset vterq; tuba.
Semine quo surgat Titan, nec cantet Aratus,
Quave suos radios luce Diana tegat.
Ipse repertorem Citharæ sermonibus æquat,
Nimirum huic pendens vngula cuncta dedit.
Virgineum hic Helicon quatiit, doctasq; sorores
Conuocat ad cantus, sydereumq; tubam.
Cogit & e sacra Phœbum descendere Cirra,
Bacchum Nyfæo cogit abire iugo.
Tanta illi probitas, tanta illi copia fandi,
Græcia quos iactat, vincat vt ille viros.
Munichiæ florent arces, nunc floret Apollo,
Nunc edera, & Myrto lingua latina viret.
Largius exundant amnes, rosulisq; nitentes
Decurrunt valles, nunc viret omnis ager.

Theſpiadum tauri circum ipſa altaria centum
Maſtentur, ſummo victima danda Ioui eſt,
Victima danda Ioui eſt, talem ſortita Poetam,
Cum ſit Calliope, calliopeq; chorus.
Iuppiter ipſe Deus muſis fauet, omnia muſis
Debent, æternum eſt, quicquid in orbe canunt.
Non ille ætherij dictus rex eſſet olympi,
Centimanumq; Gygen contemerat manu,
Contemerat manu ſauos per inane Gigantes,
Atq; hos Nyſæis impoſuiſſe iugis.
Caſtalidum ni docta cohors, ni magnus Apollo
Aeternis canerent geſta Deum modulis.
Gaudet in Elyſiis campis, turbamq; choreis
Exercet Vatum gloria noſtra Maro.
Et lætus decantat Io, plauſuq; Poetas
Hortatur, Vati dent pia thura nouo.
Exultant vmbrae per inania tartara priſcæ,
Conuentuſq; trahunt, Ditis & vmbra nitet,
Ditis & vmbra nitet, Pluton trahit ipſe choreas,
Ipſæ etiam Manes fata quieta tenent.
Aſcræus, Siculusve ſenex, qui ditat agreſteis,
Dulciculis implent tartara nigra ſonis.
Turpia Ledæ cecinit qui furta puellæ,
Perſonat aurata dulcia verba Cheli.
Chalcidico volucres verſu qui pinxit Amores,
Te canit arguta nunc Riciarde Lyra.
Miratur Sophron, te ſolum docta Corinna
Miratur, parua te modulamur ope.
Mirantur Nymphæ, & Dryades, Fauniq; ſalaces,
Mirantur Satyri teq; tuamq; tubam.

Tu ca
Te
Tu de
Te
Tulliu
Ne
Facu
T
Ar de
D
Facme
Et
Sicpr
Se
Inter
Id

Tu canis æternum carmen, tibi Cynthus illud
Temperat, & doctos te docet articulos.
Tu decus es Vatum, Romani fama decoris,
Tecum Ithaci floret lingua diserta ducis,
Tullius & Latia facundia maxima linguæ,
Nescio quid darum concinit ore tuo.
Facundusq; color Fabij tibi manat ab ore,
Tu quodcunq; canis, dicitur arte tibi.
At dederint cum tanta tibi monimenta sorores,
Dispensant fufis quæ bona nostra fuis.
Fac memori teneas nomen sub corde Feretri,
Et mihi Pateidum numina concilies.
Sic precor Euboici transcendas pulueris annos,
Semper & in summa conſpicere rota.
Interea memori ſi te non pectore ſeruem,
Idem etiam poſſim non memor eſſe mei.

Ἐργῶσο εὐδαιμονέσατα τὰ τῶν φιλῶν.

Peruſiæ. X. Cal. Martias.
M. D. XII.

C. PAULI AMALTHAEI CARMEN
in Aufriadem Riccardi Bartholini
Perusini ad Cæsarem Maxi-
milianũ Ro. Imperat.

Nostra nec immerito lætantur tempora Cæsar,
Cum tot honestentur Vatibus ingenuis.
Vt quoniam tantum bacchantur bella per orbem,
Sint qui facta ducum, qui tua gesta comant,
Qui tamen hos inter diuino concitus Aestro,
Nescio quid maius conderet Iliade,
Riccardus fuerit, Trasimene natus ad vndas,
Qui canit heroo Norica bella pede.
Cui si quæ præstas seruaueris ocia Cæsar,
Redduntur dices tempora Vergilij.

Eiusdẽ ad Riccardum Poetã elegantissimũ.

Quantum Mœonio debet cantatus Homero,
Et Laertiades, & ferus Aeacides.
Qz bene de Phrygio meruit duce Musa Maronis,
Intulit in Latium qui fera bella solum,
Qz sibi Threicius deuinxit Iasona Vates,
Venit vbi Aesonias aurea lana domos.
Tun tibi diuino debet pro carmine Cæsar,
Riccarde Ausoniae fama futura lyrae.
Vt qui sponte sua claro petit astra volatu,
Carmine dicatur celsior ire tuo.

Argentorati, Ex Aedibus Matthiæ Schu
rerij, Mense Februario, Anno
Christi Iesu. M. D. XVI.

Ductu Leonhardi, & Lucae Alantseæ
fratrum,

St - L. Alantseæ

REGNANTE IMPERATORE CAESARE
MAXIMILIANO. P. F. AVG. P. P.



A. G. ...
...
...
...
...

...
...

